Ex libris
FRANCISCI CARAFAE
DUCIS DE FORLI,
et
COMITIS POLICASTRI.
Pl. 1° Loc. N.

XXIX. 5

# SORESINVS
## DE
## SCALA SANCTA.

# DE
# SCALA SANCTA
ANTE
# SANCTA SANCTORVM
## IN LATERANO CVLTA
*OPVSCVLVM*

AVTHORE

IOSEPHO MARIA SORESINO

**ROMANO**

PROTHONOTARIO APOSTOLICO

I. V. Doctore, ac Beneficiato Presbytero Sacroſanctæ Lateranenſis Eccleſiæ.



ROMÆ, Ex Typographia Vareſij. MDCLXXII.

*SVPERIORVM PERMISSV.*

EM.MO ET REV.MO PRINCIPI

# D. FRANCISCO BARBERINO

SACRI CARDINALIVM COLLEGII

DECANO

S. R. E. VICECANCELLARIO, ETC.

*Ioſephus Maria Soreſinus Romanus perennem felicitatem.*

OBLIGATIONVM Patris profectò eſt filius heres, ac *Beneſiciorum memoria* (vt Seneca inquit) *ſeneſcere non debet*: Quare multis, magniſque titulis Excellentiſſimæ BARBERINAE

Soboli deuinctus, quantum oneris ſuſtineam poſteris conteſtari teneor CARDINALIS AMPLISSIME; Genitor enim meus à S. Romanæ Eccleſiæ Generali, Excellentiſſimo Principe Thaddæo BARBERINO, Caſtri S. Angeli de Vrbe Capitaneus electus, atque denuntiatus fuit, idque potiſſimùm Supremi DEI Vicarij VRBANI OCTAVI BARBERINI voluntate; cui poſterius cum caſuali infortunio Domus, & cuncta ſubſtantia conflagraſſent, adèo vt nihil inter ardentes prunas remanſerit illæſum præter ligneam CHRISTI è Cruce pendentis Imaginem, quam ille pijſſimus Pontifex veneratus, per dies retinuit, deque fortuito incendio præbens monumenta doloris, duram ab impio igne iacturam largo munere compenſauit, & aduerſæ fortunæ inteſtinam amaritiem gentilitio

mel-

melle leniuit benigni amoris, atque eximiæ pietatis; proprijs etenim manibus non eſt dedignatus deſtituto Parenti meo auri maſſam largiri, quibus auxilijs, & ipſe commodè vixit, ac ego ab incunabulis ſum educatus, nutritus. Nunc Patre defuncto, tot, tantaque Beneficia cùm, nec tacere, neque ſoluere poſſim, ſaltem volui eſſe teſtata; & cupiens in ſcriptis, vt pluries in votis fuit, humilitèr gratias agere, id efficere decreui aliqua dedicatione operis: Inter cætera cogitaueram EMINENTIAE TVAE de Sanctis Apoſtolorum Capitibus Petri, & Pauli in Sacroſancta Lateranenſi Eccleſia collocatis (vbi Collegio Beneficiatorum ſum cooptatus) Chronohiſtoriam offerre, ac certè hæc Eminentiſſimis BARBERINIS Mecœnatibus meis iure quidem optimo debetur, quia ibidem (quod mihi D. Ioannes Fortu-

natus oſtendit) in veſtimentis ſimulacri S. Pauli myſticæ Apes adſunt, quæ cum ſint gentilitia Inſignia BARBERINAE familiæ, & in Eccleſia Pontificum Cathedrali ab Vrbano V. Papa poſitæ, Pontificis VRBANI OCTAVI prædicti, & Apum BARBERINARVM ad Summi Pontificatus apicem futuram promotionem nempe alludebant; At quia ipſemet Doctor Gentium ſolum gloriandum eſſe dixit in Cruce Domini noſtri IESV CHRISTI, & ego crebrò EMINENTIAE TVAE obſeruaui humilem, frequentiſſimam, deuotamque Scalæ Sanctæ aſcenſionem, non abſque pijſſimis, dulciſſimiſque cordis, & animi tui de eiuſdem Saluatoris paſſione colloquijs, acceptiùs fore iudicaui, ſi de ijſdem Sacroſanctis Gradibus interim conſecrarem opuſculum: hinc eſt, quod hoc paruum, ac tenue muſ-

nuſculum grati animi mei penſum EMINENTIAE TVAE offero, immortales de acceptis beneficijs gratias agens, nec non operi patrocinium, mihique præſidium implorans. Tù igitur optime, atque humaniſſime PRINCEPS, quæſo hoc deuotionis exiguum pignus ſuſcipe, ac benigna, qua ſoles alijs, fronte patrocinare, quod mihi procul dubio polliceor, nam tanto rerum cæleſtium tràheris amore, vt non minus fulgenti tibi corpus purpura exardeat, quàm purpuret ardore charitatis animus: Faxit Deus, vt incolumis quàm diutiſſimè, & per Neſtorea ſæcula viuas. Vale publico bono, Vale.

Romæ ex Canonica Lateranenſi die Dominico Paſſionis tertio Nonas Aprilis, Anno ab ortu Reparatoris M. DC. LXXII.

AV-

# AVTHOR DEVOTO LECTORI SALVTEM.

*DIVTVRNA pijſſime Lector anno præterito ægritudine oppreſſus, mærens, ac dolens in lecto nullam meis experiebar doloribus quietem, hinc ſæpe inuiſum à ccnſueto Confeſſario, me denique inualitudine decreſcente, de Chriſti Paſſione elucubrantem concionem reperiuit; illicò prædictus occaſionem tenuit (Altiſſimo quippe inſpirante) cohortationibus meam excitandi voluntatem in ipſo actu pœnitentiali ad præſentis opuſculi compoſitionem, aſſeuerans quod erga*

*præ-*

*præfatam Paſſionem vehementer deuo-tionem accenderet in cordibus fidelium frequens ſacrorum graduum viſitatio; Protinus ego varias adducendo rationes, oneris leuamen quæſiui, ſupplicibus verbis efflagitando amplius ob veritatem, quam nempe ob modeſtiam, vt ad id me obſtringere nollet, cum mihi longè minus illius diſceptatio conueniret, quàm Dauid nimis magna armatura Saul quadraret, ſubdens, quod tandem paucæ guttulæ ex aridiſſima pumice expreſſæ, haud ingenio perperam de fide ſentientis circa prædictæ Scalæ identitatem ſatisfacerent. Attamen meas non admittens, imò reijciens excuſationes, decreuit vtcumque priſtina mihi valitudine recuperata inciperem, & ſine intermiſſione promanarem ad finem. Egomet, qui in illo ſecreto pœnitentiæ Tribunali Deum in ipſius perſona agnoui, ſequutus ſum authorita-*

*tem,*

*tem , & conſilium illius , reuerenter ſua dicta recepi quaſi impulſiones Halitus Diuinitatis , & in cordis viſceribus veluti oracula Cæli infixi , pro certo tenens , vt ſi Deo luberet , mihi opus præſtaret , omne ſuppeditaret auxilij genus , & argumenta præberet. Vix Pater abijt , quod eius iuſſa , & rationes , quas dixit , adduxit , conſiderans , atque præponderans , ſtatim omni alio derelicto ſtudio , me totum in iſtud traduxi: Certè mihi viſum eſt Dei auxilium præſto eſſe , minus difficultatis rem habere experiendo , quam antea opinatus fueram , quare recuperata omnino valetudinis integritate , ſtudium proſequutus , demùm ad exitum perduxi opus. In præſentia tibi gratis elargior , licet mihi permultis ſudoribus conſtet , mea auiditas , nihil præter venerationem huius Scalæ ſanctæ , & deuotionem Paſſionis Chriſti quæſiuit. Si*

*in*

*in iſto opuſculo aliquid boni erit, mundo pateſaciet, quam grandis Diuina Bonitas exiſtat, dum etiam in fragili vermiculo (qualis ſum ego) eius gratiæ micant; & ſi aliquis fructus ex ſterilibus meis arenis colligetur, benedicatur manus illa, quæ ſcit exhaurire perennia flumina è ſilice, atque ſtillare facit pretioſiſſima balſama è ſaxo duriſſimo; Sin autem abbundabit imperfectionibus (quod facilius) deuotio audaciam extenuabit, & meæ ignauiæ miſericordia impertietur*. Indulgentiam meretur humilitas, (*cum Sancto* * *Carthaginenſi Paſtore dicam*) quæ quo poteſt acceſſu ſublimitatis veſtræ manibus ſe porrigit attractandam, non gloriam mendicans, ſed gratiam. *Excuſari ergo debeo propter allegatas rationes tamquam obſequioſus, non veluti temerarius exagitari; quamobrem ſpero potiùs te fore mihi propugnaculum, quàm*

per-

*perduellem : Memento ſaltem quod Catholicus es, Tu intelligis. Vale.*

* *S. Cyprianus Præf. de Cardin. oper. Chriſ.*

IM-

Imprimatur, ſi videbitur Reuerendiſ. P.Mag.Sac.Pal.Apoſt.

*I.de Ang.Archiep.Vrb.Viceſg.*

Imprimatur,

F. Hyacinthus Libellus Sac.Pal. Ap. Mag.

# AVTHORES

*In iſto Opuſculo recenſiti, & monumenta varia.*

## A

ACta in Viſitatione Apoſtolica, VRBANI VIII.

Alexander Donatus.

Alexius Sagalà.

Aloyſius Contarinus.

Alphonſus Ciaconus.

Anaſtaſius Bibliothecarius.

Idem m. ſ. in Biblioth. Vaticana.

Andreas Fuluius.

Andreas Victorellus.

Angelus Maſſarellus m. ſ. in Archiuio ſecreto Vaticano.

Angelus Rocca.

Antonius Ciccarellus.

Antonius Maria Franciſchinus m. ſ.

An-

Antonius Sanctarellus.
Aquilantes Rocchetta.
Archangelus Caraccia.
Auguſtinus Calcagninus.
S. Auguſtinus.

B

BArnabas Veries.
Beltraminus de Beltraminis m.ſ.
Benedictus Millinus.
Idem m.ſ.
Bernardinus Amicus.
S. Bernardus.
Biblia Sacra.
Blancus.
Bonifacius Stephanus.
Bullarium Lateranenſe m.ſ. in Archiuio Lateranen.
Bullarium Romanum.

## C

CAeſar Baronius.
Caeſar Fauonius.
Caeſar Raſponus.
Camilius de Auxilio.
Camillus Fanuccius.
Cencius Camerarius m.ſ.
Chriſtianus Andrichomius.
Codex Farneſianus.
Codex m.ſ. pergamenus vetuſtiſſ. in Archiuio Lateran.
Cor. Cornelius à Lapide.
S. Cyprianus.

## D

DOminicus Anſoſſius.
Dominicus Fontana.

Fer-

F

FErdinandus Vghellus.
Florauantes Martinellus.
Idem m.ſ. in Archiuio Lateran.
Franciſcus ex Secli.
Franciſcus Maria Turrigius.
Franciſcus Maurolycus.
Franciſcus Quareſmius.
Franciſcus Schottus.

G

GEorgius Portius.

H

HEnricus Spondanus.
Hieronymus Ioanninius.
Hyacinthus de Nobilibus.

I

IAcobus Dauid de Perron.
S. Ignatius.

Indulgentiæ Lateranenſis Eccleſiæ editæ tempore Gregorij XIII.

Inuentarium pergamenum m. ſ. vetuſtiſſimum aduolutum in rotulo in in Archiuio Lateran.

Ioannes Baglionus.

Ioannes Baptiſta Cherubinus.

Ioannes Baptiſta Paulianus.

Ioannes Cotouicus.

Ioannes Diaconus Lateranenſis m. ſ. in Archiuio Lateranenſi.

S. Ioannes Euangeliſta.

Ioannes Ferrandus.

Ioannes Gabriel Biſciola.

Ioannes Henricus à Pflaumern.

Ioannes Seueranus.

Ioannes Zuallardus.

Ioſephus Hebræus.

Ioſephus Maria Suareſius.

Iſaac Caſaubonus.

Iulianus de Datis.

Laer-

## L

LAertius Cherubinus.
Leonardus Nardonus m.ſ.
Liber Indulgentiarum, & Reliquiarum Vrbis editus Alexandro VI. Papa ſedente.
Liber m.ſ. Archiuij ſecreti Vaticani nuncupatus: Riſtretto dell'entrate, e ſpeſe, che fece Siſto V.
S. Lucas Euangeliſta.
Lucas Holſtenius.
Ludouicus Branca m.ſ.

## M

MAgna Tabula Lateranenſis m.ſ. in Sacroſanta Baſilica Lateran.
Marcus Attilius Serranus,
S. Marcus Euangeliſta.
Marſilius Honorati.
S. Matthæus Euangeliſta.

Michael Mercatus.
Mirabilia Vrbis impreſſa ann. 1511. 1550. 1566. & 1582.
Monumenta m.ſ. Archiuij Lateranen.
Monumenta m.ſ. Baſilicæ Lateranenſis.
Mutius Panſa.

N

NIcolaus Lyranus.

O

OCtauius Pancirolus.
Onuphrius Panuinius.
Idem m. ſ. in Archiuio Lateran.

P

PAris de Craſſis m.ſ.
Paſchalis Papa Secundus.
S. Paulus Apoſtolus.

S.Pe-

S. Petrus Apoſtolus.
Petrus de Valle.
Petrus Fuluius.
Petrus Giuſſanus.
Petrus Leo Caſella m.ſ.
Petrus Martyr Felinus.
Idem m. ſ. in Bibliotheca Vatic.
Idem m. ſ. in Bibl. Ducis Vrbin.
Pompeius Vgonius,
Pompilius Tottus.
Primus Cabilunenſis.

## Q

Q. Sept. Flor. Tertullianus.

## R

RAphael Riera.
Rutilius Benzonius.

## S

SAnctes Auguſtinianus.

Sebaſtianus de Paulis m.ſ.

Sebaſtianus Fabrinus.

Sententia Iudicis Viſitationis Apoſt. tempore Clementis PP. VIII.

Seraphinus Pace.

Seraphinus Pagni.

Simplicianus Turrinus.

Sixtus V. Papa.

Stephanus Mantegatia.

Summaria Indulgentiarum Baſ. Later. edita, & m. ſ. in Archiuio Lateran.

## T

TAbula è muſiuo in Sacroſ. Baſilica Lateranenſi retro Tribunam.

Theodorus Amydenus.

Tranſumptum Simij Not. Eminentiſ. Card. Vicarij.

## V

B. VBertinus de Caſali.

Sa-

Sacri Gradus marmorei ad Sancta Sanctorum Sanguinis Chriſti guttis aſperſi.

*D. Abbatis Franciſci Mariæ Caranzæ Beneficiati Lateranenſis*

Epigramma.

*Hic vbi turba pio mæret compulſa dolore,*
*Et premit aſſiduo marmora trita genu:*
*Proh quantus Chriſti languor fuit ante per altos*
*Ire gradus! viuax nunc notat ipſe cruor.*
*Hic gradus infelix ſcandenti præbuit ictus,*
*Cum remeat miſeras cogit obire cruces.*
*Tu tamen haud dubita pacato occurrere ſaxo;*
*Aſcenſuſque leui ſpargere rore ſacros:*
*Huic mors non vltrà ſaxo inſidet: eſt via vitæ,*
*Hæc tibi mors tantum ni facis eſſe poteſt.*

EIVS-

EIVSDEM

# EX APIBVS BARBERINIS

*Augurium*

Eloquentiæ, & Pietati

D. Abbatis

IOSEPHI MARIÆ SORESINI.

*Dũ tenero Ioſeph renouat ſacra marmora cultu,*
*Sanguinea Domini quæ maduere gradu;*
*Proſiliunt oculis lacrymæ largo imbre cadentes,*
*Et ſibi cuncta facit lumina flere dolor;*
*Pagina ſed blandos cum præſtat margine flores,*
*Facundo lacrymas temperat eloquio.*
*Vos BARBERINAE Volucres pietatis alumnæ*
*Eloquio, & lacrymis his precor annuite*
*Ros oculi lacrymæ, flos eſt facundia linguæ:*
*Ex lingua, ex lacrymis, & Ape mella fluent.*

ERV-

ERVDITISSIMO DOMINO

# D. IOSEPHO MARIÆ SORESINO

Oratori Eloquentiſſimo, & de Scalæ Sanctæ Identitate, Diligentiſſimo Perueſtigatori,

## *D. Leonis Battellij Romani*

Epigramma

*Alluditur ad Nomen IOSEPH, quod Incrementum interpretatur.*

*Quos venerare gradus niueo de marmore, ſacris*
*Verbi genæ plantis ſuſtinuere premi.*
*Vtque fidem pietas acuat, dat ſigna decoris;*
*Sanguineis rutilat, cum decor ipſe notis.*
*Certa fides: fuit hæc ſoli mæi Scala Theatri;*
*Per quam progreſſus, cum pateretur, Amor.*
*Hic reſidet pietas, amor hinc diffunditur Orbi,*
*Orbis vt excelſum Numen amore colat.*
*Si frigeſcit amor, pietas ſi languet amantis,*
*IOSEPHVS ſcriptis excitat ecce ſuis.*
*Volue librum; iam certa fides firmatur; amoris*
*In Numen ſurgunt protinus inde faces.*
*Specta igitur quidnā peragat liber iſte IOSEPHI;*
*Incrementa ſibi noſcit habere fides.*

Diſticon eiuſdem.

*In Scalæ gradibus, firma eſt pietaſque, fideſque,*
*At SORESINI fama per ora volat.*

Ad

Ad Opuſculum de Scala Sancta

# D.ABB.IOSEPHI MARIÆ SORESINI

Epigramma.

Ioannis Baptiſtæ Nardi
De eiuſdem deuoto aſcenſu.

*Si pius exoptas ſacratum ſcandere limen,*
*Cor ſæpe in lacrymas cogat abire dolor.*
*Hìc ſua Iuſtitiæ ſol texit nube cruoris*
*Lumina, & effuſi marmora, ſigna docent,*
*Quæ ſtupeas ſenſiſſe pati! dum qui regit omne*
*Corruit, & durus frangitur inde lapis;*
*Exue duritiem, gradibus fige oſcula ſacris:*
*Elicient oculis ſaxa, fluenta tuis.*

## AD AVTHOREM

Epigramma ipſius
Super identitate Scalæ Sanctæ comprobata.

*Ne viduata fide ſint limina ſacra, tueri*
*Viribus ingenij tu SORESINE vales:*
*Quæ referas, quæ docta probas, quæq; aſpera tollis;*
*Hæc* BARBERINO *melle referta vides.*
*Quis non eſt tanta mellis dulcedine captus?*
*Limina, ſi ſcandes, mella ſuperna dabunt.*

Per-

Perilluſtri, atque Religioſiſſimo Viro,

# D.ABB. IOSEPHO MARIÆ SORESINO

R O M A N O,

Celeberrimo Concionatori, Præſtantiſſimoque Sacræ Theologiæ Profeſſori

Epigramma

## *Lucæ Antonij Baptiſtini.*

*Quot, quoties, quãdo humana ſub imagine Numẽ*
*Conſcendiſſe gradus Dogmata Sacra ferunt,*
*Et quotquot proprio perfudit pura Cruore*
*Marmora Rex Superũ, Tù* SORESINE *doces;*
*At pia nè pœnis tot mens occumbat amaris*
FRANCISCI *ex Apibus dulcia mella trahis*

SO-

*SORESIN la tua Penna*
*Che la Gloria ſtancò, vinſe la Fama,*
*Ben coi voli t'accenna*
*Che ratto il Cielo i tuoi trionfi chiama;*
*Anzi per farti à volo*
*Gir da la Terra, all'Etera Reale*
*Ti conduce à ſalir d'vn Dio le Scale*
*Felice io ti riuelo*
*Se vai co i ſcritti à far ſcalate al Cielo.*

Di D. Nicolò Lodadio da Bitonto Accademicò Infecondo di Roma, ed Errante di Napoli, &c.

## SONETTO DELL' ISTESSO

S' allude all' Aquila, Arme Gentilitia dell'Autore.

*Già che d' APE ingegnoſa il dolce ſuono*
*D'Aquila alletta in sù le Scale il volo.*
*Non può ſe non ſcalar l' Etereo Polo*
*Non può ſe non ſcalar l' Empireo Trono*
*Or mentre vola genufleſſo, e prono*
*Sù quelle Scale oue trionfa il duolo;*
*Non può ſe non da quelle hauer conſuolo;*
*Non può ſe non da quelle hauer perdono.*
*E gionto poſcia al Sacroſanto ſoglio*
*Colma di verità Penna vitale*
*Vada sù i marmi ad animare il foglio;*
*Poi tutto fede l' Aquila immortale*
*Con caratteri eterni al Campidoglio*
*D'vn Dio trafitto autentica le Scale.*

SE-

# SERIES

*Capitum huius Opuſculi.*

De certa identitate Scalæ Sanctæ.
CAP. I.
De maxima veneratione, qua habenda eſt Scala ſancta.
CAP. II.
De amplis indulgentijs Scalæ ſanctæ.
CAP. III.
De vſitato more conſcendendi flexis genibus Scalam ſanctam.
CAP. IV.
De opportunis meditationibus aſcendentibus Scalam ſanctam.
CAP. V.
De nouiſſima translatione, & ornamentis Scalæ ſanctæ.
CAP. VI.

De

I.

# De certa Identitate Scalæ Sanctæ.

## Cap. I.

1 SCALAM ante S. Laurentij Martyris antiquiſſimum, ac venerabile Oratorium adaptatam, quod nunc SANCTA SANCTORVM iure optimo appellatur, verè eſſe illam, quam Hieroſolymis præ foribus palatij, in quo reſidebat Pontius Pilatus Præſes Romanorum Chriſtus Dominus tempore Paſſionis greſſibus illuſtrauit, & conſecrauit cruore, comprobare quidem ſuperfluum eſt; hoc ſanè ſuamet duratione clarificatur, continuitatequè commendatur, ipſa enim Scalæ Sanctæ præſentia, & eiuſdem vetus in-

Laterano aſſeruatio tot habet teſtes certæ identitatis, quot omni ex parte confluentes deuoti adorant, & adorando confitentur; nihilominus ad penitùs delendum forſitan incredulitatis torporem, de ipſius identitate iàm ſermonem aggrediamur.

2 *Identitas in antiquis probatur æqua, congruentique præſumptione, poſſeſſione diutina, debitis circumſtantijs, traditionequè conſtanti, ſiue Vniuerſalis, ſiue priuatarum Eccleſiarum*: Ita Ioannes [a] Ferrandus; ſi hoc verum eſt, quemadmodum puto veriſſimum, quippè noſtra Scalæ Sanctæ identitas ſole ſplendidior exiſtit. Inprimis enim.

3 Præſumptionem adeſſe veritatis nulli dubium eſſe poteſt, quoniam nulla res eſt, quæ tot coniecturis, totque adminiculis adiuuetur. Hominum affectiones, atque concurſus quibus

bus ſemper locum hunc venerati ſunt, non ne fortiſſimam pariunt veritatis à nobis probandæ præſumptionem? Neque hæc tundi poteſt per illam dubitationem, quæ in mentem aliquorum minus ſanè ſentientium cecidit, quod videlicet non potuerint tot gradus è Paleſtina adduci, ob ingentes expenſas, quas facere neceſſarium fuiſſet. Hoc enim eſſet potentiorem præſumptionem per minus potentem elidi contra omnia iuris principia. Quæ namque difficultas eſſe poteſt? Hanc Romam adductam à potentium, ac ditiſſimorum Principum pietate referunt [b] Authores, atque S. Helenæ præcipuè tribuunt, à qua Imperatori filio ſuo [c] miſſam volunt, ſeù potiùs [d] delatam cum multis alijs Terræ Sanctæ rebus; ipſa enim S. Helena incomparabili [e] Sanctuarij theſauro, quem de Sancta Ciuitate Hieroſoly-

mitana rogatu ipſius Conſtantini Auguſti ſecum tranſtulit, Lateranenſem Baſilicam ditauit, nempe circa annum Domini, vt opinor, 326. quo prædicta Sancta ex Hieroſolymis regreſſa, Romæ obijt: Quamobrem hæc Scala non fuit ad Vrbem miraculosè allata, Catholicuſquè nemo tale quid aſſerit, vnde nec eſt, quod Iſaac Caſaubono hæretico, alijſquè riſum commouere valeat; eo [f] magnis ſumptibus aduecta fuit, & non ſecùs, ac plures aliæ reliquiæ, veluti Cardinalis [g] Iacobus Dauid de Perron inquit; & hic profectò ponderandum, quod *Magna fuit olim* (ſicuti Marcus [h] Attilius Serranus ait) *Principum pietas, qui cum orbis imperium obtinerent; hœc, & multo maiora facere potuerunt.* Sic inter cætera eorum magnificentiam teſtantur quadraginta octo circiter Obeliſci ſumma impenſa Aegypto

Ro-

Romam delati [i]; & quidem maximæ grauitatis moles, præſertim Lateranenſis, cuius dumtaxat pondus eſt librarum 1301094. [k] quid poſtea mirandum de tam inſigni theſauro viginti octo ſolummodo graduum Scalæ Sanctæ? Certè maioris negotij minime res eſt Scalam Sanctam ex Syria Romam aduehi, quàm ex Aegypto Obeliſcos aſportari, ſicuti prædictus [l] Cardinalis de Perron animaduertit: quod ſi de Religioſis loquimur; nonnè in Sacroſancta Archibaſilica Lateranenſi ſunt quatuor illæ ingentes columnæ ex metallo deauratæ ordinis Corinthij, à quibus vniuerſa machina Aenea aurata Altaris Sanctiſſimæ Euchariſtiæ regitur, quæ (vt fertur inter alias opinionum varietates) ex [m] Hieroſolymis Titus, ac Veſpaſianus à Iudæis aſportari fecerunt, ſeu [n] opera San-

ctæ Helenæ ad Vrbem ſunt deportatæ? Et hæ, ſecundum [o] magnam Tabulam Lateranenſem longæua antiquitate venerabilem, ſtabant in Porticu Salomonis, ſuntquè Terra ſancta Hieroſolymitanæ Ciuitatis [p] repletæ, Romam delata à dicta Matre Conſtantini S.Helena, [q] quæ etiam plures naues plenas terra Campi Haceldama, cuius fit mentio in S. Matthæi [r] Euangelio ex Terra ſancta ad Vaticanam Baſilicam miſit, iubens quod ipſa cœmeterium [ſ] apud prædictam Sancti Petri Eccleſiam conſtitueretur, cui nunc Campi Sancti nomen indicitur; & hìc non prætereundum conſiderare, quod ſi verum eſt S. Helenam multas naues oneraſſe ſimplici terra illius campi. Nullum affert inconueniens credere, imò multo magis illud credere pium erit Sacroſanctam hanc Scalam

à Chri-

à Chriſto Domino proprio conſecratam cruore ad Palatium Auguſti filij ſui attuliſſe, ac tunc iuxta porticum Hadriani Primi, de qua inferius, poſita fuit, vt arbitror; Neque hic ſtitit S. Helenæ pietas: In Eccleſia enim S. Iacobi in Burgo nouo, non nè cuſtoditur Altare lapideum, in quo Abraham filium vnigenitum Iſaac offerre paratus [t] erat, & aliud, ſuper quo natum templo obtulit olim more Hebræorum Virgo Maria [u] ſuum, quæ ex Hieroſolymis ad Vrbem à præfata Sancta, vt creditur delata ſunt [x]? In Baſilica Vaticana non nè aſſeruatur Columna, ſancta appellata, quia illi prout dicitur, hærebat, dum in Templo Salomonis concionabatur Chriſtus [y] Dominus, quæ vnà cum octo alijs pulcherrimis columnis ex eodem Templo, ſeu è Græcia ad prædictam Baſilicam lata

 fuit

fuit ? ? Necnon cætera multa ſimilia hic non habentur? Si enim hæc vera ſunt, quæ pie fideles credunt; multo rationabilius erit credere de hoc præclaro, atque inſigne monumento, & quaſi egregio, vt verbis vtar Sixti V. diuinæ erga nos charitatis pignore, quod ab eadem S. Helena Romam translatum ſit.

4 Neque contra hanc Scalam Sanctam, eiuſque veritatem facit illud quod ſe obſeruaſſe dicebat Lucas Holſtenius Canonicus S. Petri in Vaticano (vir aliàs doctiſſimus, & laudatiſſimus) nempe quoſdam characteres non Hæbraicos, ſed Latinos, ſacroſanctæ Scalæ gradibus inſcriptos eſſe, quod fucum facere videtur, quod non fuerint in Paleſtina facti, atque elaborati. Nam rem idem Lucas à ſe animaduerſam communicauit cum Illuſtriſſimo, & Re-

uerendiſſimo Domino Ioſepho Maria Suareſio Epiſcopo Vaſionenſi, eiuſdemquè Baſilicæ Vaticanæ pro Eminentiſſimo Cardinali Archipresbytero Vicario, Viro de Eccleſiaſtica eruditione optime merito, & ambo in eam ſententiam iuerunt, vt characteres prædicti veritatem potius quam probamus confirment, quam illis aduerſentur; marmora enim ex quibus gradus conſtant ad vium prætorij Romani Præſidis, vel Procuratoris, & cohortis exciſa poterant eſſe inſcripta Romanis characteribus, & nominibus eorum, qui curarant. Hæc Suareſius. Sed eoſdem characteres in gradu vndecimo dumtaxat inſculptos vidi, ſuper quem Rex dolorum procidit, quapropter credibile eſt, vt arbitror, ſignificare quod illuc prolapſus ſit, eò magis quia prima littera exiſtit C. nempè Chriſtus, &

hos

hos characteres proceſſu temporis à Romanis exaratos fuiſſe; Vndè cum dicti characteres minimè ſint in alijs gradibus, præſumptio potiùs fauorabilis eſt.

5 Nec aduerſus fauorabilem præſumptionem facit totalis euerſio Ciuitatis Hieroſolymitanæ à Prophetis [a] prædicta, & à Reparatore pronunciata illis verbis [b]: *Non relinquetur hic lapis ſuper lapidem*. Primo quia, *Non eſt ſic intelligendum, quin remaneret lapis ſuper lapidem* (veluti Nicolaus Lyranus [c] ſcripſit) *ſed eſt modus loquendi ad exprimendum magnitudinem deſtructionis, quæ completa eſt ſub Tito, & Veſpaſiano; Neque enim* (Cornelius à Lapide [d] dicit) *tàm curioſi, vel otioſi fuere Romani in excidio Hieroſolymæ, & templi, vt lapidem non relinquerent ſuper lapidem*. Secundo, quia dato,

quod lapis non eſſet relictus ſuper lapidem, adhuc non præiudicaret ipſius Scalæ firmæ exiſtentiæ, & conſequenter, nec prædictæ præſumptioni ad fauorem eiuſdem, quia ad ſummum Scala iſta commota tantùm, & confuſa ſolummodò fuiſſet. Tertiò quia, *Remanſerunt* (inquit Henricus [e] Spondanus) *omnia illa Paſſionis Christi, atque ſepulchri inſtrumenta, ipſaque loca, vbi hæc facta ſunt, tantæ rei digna memoria conſecrata, velut quædam trophæa victoriæ, eademque facta toto orbi conſpicua, atque proſpicua, ex quibus, velut è perennibus quibuſdam fontibus fluenta gratiarum, atque miraculorum eruperint*: Imò non ſolum remanſerunt *ipſa loca, vbi hæc facta ſunt*, quemadmodum Spondanus aſſerit; ſed etiam Ioſephus [f] Hebræus teſtatur, quod in iſta euerſione relictæ fuerunt tres turres, &

pars

pars muri Ciuitatis.

6 Sed contra veram præſumptionem noua inſurgit hæſitatio. Panuinius [g] aſſerit antiquitùs hanc Scalam fuiſſe Scalam Patriarchij Lateranenſis, & ſe fundat in Anaſtaſio [h] Bibliothecario, qui in vita Hadriani Primi hæc ait: *Decernens eius ter Beatitudo ſub validiſſimis obligationum interdictionibus, vt omni die centum pauperes, & ſi plures fuerint, aggregentur in Lateranenſi Patriarchio, & conſtituantur in Porticu* (inibi nunc eſt Oratorium Archiconfraternitatis Sanctiſſimi Sacramenti Lateranenſis Eccleſiæ, ſtudio, & labore D. Ioannis Fortunati Conbeneficiati Lateranenſis adaptatum, atque exornatum, ſumptibus verò Eminentiſſimi, & Reuerendiſſimi Dom. FRANCISCI CARD. BARBERINI, & aliorum) *quæ eſt iuxta Scalam, quæ aſcendit in*

*Pa-*

*Patriarchio, vbi & ipſi pauperes depicti ſunt, & quinquaginta panes, &c.* Quam Scalam præfatus Panuinius exiſtimans eſſe Sanctam, prædictum Bibliothecarij textum ſic declarauit [i]: *Quam nunc Sanctam dicimus, ideſt ſub porticibus porticus veteris Lateranenſis, quæ nunc obſtructæ ſunt.* Quem textum ſic etiam explicauit Eminentiſſimus Raſponus [k], & ſupradictam Panuinij opinionem referunt Martinellus [l], & Benedictus [m] Millinus Vir eruditiſſimus, cui & Seueranus [n] adſtipulatur, & forſitan inibi poſita fuit vſque à temporibus S. Helenæ, vt dictum eſt. Si ergo olim ad vſum Patriarchij Lateranenſis Scala Sancta erat, hoc certè eius fauorabili præſumptioni aduerſatur. Et quod Scala prædicta verè fuerit antiquitus in Patriarchio, patet ex Diario [o] Paridis Craſſi Apoſtolicarum

cœ-

cœremoniarum Magiſtri, ipſe enim loquens de Leone X. ita ſcripſit: *Die Veneris 17. Iunij fuit tenta ſeſſio ſeptima in Concilio Lateranenſi, ad quam Papa heri acceſſit hora 20. Cardinalibus ſequentibus, vt aliàs, & cum fuerit apud Coliſeum, remiſit Cardinales ad Vrbem, & ipſe apud Lateranum pernoctauit cum ſuis, non tamen nunc ingreſſus eſt Eccleſiam, ſed per Scalas ſacras, quæ vulgò Pilati dicuntur, ingreſſus eſt palatium.* Sed hoc argumentum faciliter deſtruitur; Textus *p* enim Anaſtaſij vtitur phraſe, *quæ aſcendit*; ideſt quæ ducit in Patriarchium, vnde ex eius hiſce verbis haud habetur, quod fuerit Scala ad communem omnium aſcenſum in Patriarchium, neque Panuinius forſitan id dicere voluit, ſed potius oſtendere eius antiquam in Laterano poſſeſ-

ſeſſionem vſque à temporibus Hadriani Primi: Etiam in præſenti de Scala Sancta cum veritate dici poteſt, *quæ aſcendit* ad Sancta Sanctorum, & nihilominus ordinarius non eſt aſcenſus; Et quod non eſſet pro communi aſcenſu, etiam firmiter teneo, quia iuxta hanc Scalam altera Scala ſita erat in prædicta porticu ad vulgarem quorumlibet aſcenſum deſtinata, prout patet in antiqui Lateranenſis Patriarchij ichnographia, quam Seueranus [q] refert, & Eminentiſſimus [r] Raſponus. Et ſi Leo aſcendit per ipſam in palatium, non propter hoc habetur eius aſcenſus ordinarius, quia quando per illam præfatus Leo tranſibat capite diſcooperto, deuotè orabat, veluti inferius [ſ] patebit, & Paris [t] vocat ipſam *Sacram*, & clarè *Pilati*.

7 Quod ſi Panuinius [u] ſcripſit;

*Nunc*

*Nunc Sanctam dicimus*, non propterea illa particula *Nunc* excluſit quod ante ipſum non diceretur Sancta, ſicuti præfatus [x] Martinellus obſeruat; Et quidem Sancta vocabatur ante quam Panuinius ipſe naſceretur, is enim primas hauſit vitæ auras anno [y] 1529. & ſcripſit de Baſilica Lateranenſe [z] anno 1562. atque ſexdecim annos ante eius ortum, & quadraginta nouem antequàm ipſemet ſcripſiſſet, nempè anno Chriſti Domini 1513. Paris Craſſus prædictus eam ſemel ſacram [a], & iterum Sanctam [b] abſolutè dixit, abſque vlla additione particulæ illius *Nunc*: Sed benè prædictus Panuinius appoſuit *Nunc*, quia olìm dicebatur Scala Pilati [c]; quarè in vetuſtiſſimo Inuentario M.S. membraneo domorum Parcchiæ Lateranenſis deſcripto anno Domini 1242. legitur. *Tituli domorum*

*rum extra arcum Palatij &c. Iuſta hanc eſt Domus noſtra manualis, & cum petris ante Scalas Pilati*; Deinde Scala Sancta denuò vocari cœpit [d]; & id potiſſimùm etiam multarum ſupplicationum occaſione, in quibus Papa, & Cardinales interueniebant, & diſcalceati per illam deſcendebant [e] cum ſacroſanctis reliquijs [f], & præſertim ligno Sanctiſſimæ Crucis, glorioſis Capitibus Apoſtolorum Petri, Pauliquè, & forſitan cum imagine Acheropita Saluatoris noſtri; at quia etiam tot Sancti, & Sanctæ per eandem tranſiuere per ſæcula multa.

8 Nec præiudicat eiuſdem præſumptioni pro identitate audire, quod antiquitùs Chriſtifideles pedibus ipſam calcabant, tunc enim temporis aſcendendi genunixi mos ad libitum erat, vndè Martinellus [g] ſcripſit:

*Ne tampoco parmi conſiderabile, che ſi ſaliſſe anticamente in piedi; poiche ſuppoſto, che detta Scala fuſſe portata à Roma nell' Imperio di Tito, ò della Madre di Coſtantino Imperatore, giudicarono quei Secoli riuerire con particolare culto ſolamente quelli ſcalini caratterizzati col ſangue, ò con la caduta di Chriſto Signor noſtro, e ſaluarli con le grate, e Croci accennate;* Quapropter Paris [b] Craſſus præfatus Epiſcopus Piſaurenſis de Leone X. ſcripſit; *Notaui autem deuotionem eius, qui cum Schalas ſanctas, quæ Pilati vulgò dicuntur, & à mulieribus nonniſi genuflexis aſcenduntur, nonniſi diſcooperto capite, ac ſemper orando aſcendit, & in ſummo quaſi veniam à Deo petijt, quod non genuflexus aſcenderit.* Ex quibus patet, quod promiſcuus erat mos aſcenſus illius, nempe aliqui pedibus,

mu-

mulieres genibus ipſam ſcandebant; etiam hodiè Sanctiſſimam Domum Lauretanam Chriſticolæ haud genibus, ſed pedibus ingrediuntur.

9 Tandem huic præſumptioni contrarium eſt Scalam ſanctam fuiſſe olìm ſcalam Aulæ Concilij, ſed id falsò tribuit Panuinio [i] Martinellus exiſtimans ipſum duas Scalas ſanctas conſtituere in ſacro Patriarchio Lateranenſi, quippè ſupradictam in porticu, & alteram aulæ præfatæ, Panuinius enim loquens de proceſſione cum reliquijs à porta Oratorij S. Silueſtri ad Baſilicam Lateranenſem ſcripſit [k]: *Quibus perfectis* (videlicet cantu, & adoratione reliquiarum) *Papa cum Cardinalibus proceſſionaliter per gradus Scalæ Patriarchij Lateranenſis, quam nunc ſanctam vocant, deſcendens, Lateranenſem Baſilicam via communi adibat, iunioribus Car-*

*dinalium Presbyterorum reliquias ipſas portantibus . Interim Canonici Lateranenſes obuiare procedebant Papæ cum Cruce vſque ad gradus Scalæ ſanctæ, Primicerio, & Schola Cantorum reſponſoria cantantibus*; vbi Martinellus [l]: *Oſſeruo, che il Panuinio chiama Scala ſancta tanto quella per la quale della parte Settentrionale ſi ſaliua nel Patriarchio*, (videlicet illam, quæ erat in porticu , de qua ſupra) *quanto l'altra , che ſtaua vicina alla Sala del Concilio , per la quale deſcendendo il Papa era incontrato dalli Canonici al primo ſcalino*. Sed Martinellus maximoperè deceptus eſt , quia Papa non deſcendebat per ſcalam aulæ Concilij , & illa verba: *Lateranenſem Baſilicam via communi adibat*, ipſe intellexit per palatium; Pontifex autem adibat via communi ad Baſilicam extra palatium , & ſic illa

illa ſcala, quam deſcendebat Pontifex, & quam ſanctam vocat Panuinius, non eſt altera ſcala, nempè aulæ Concilij, ſed ipſamet Porticus prædictæ; & quod verè Papa adiret via communi extra palatium, patet ex eodem [m] Panuinio, qui loquens de regreſſu Pontificis cum ipſis reliquijs ad præfatum Oratorium clarè ſpecificat reuerti per palatium, & tunc aſcendebat ſcalam aulæ Concilij: hæc ſunt verba Paruinij: *Et Sacris myſterijs celebratis cum reliquijs ipſis per palatium, ideſt ſalam, quam nunc Concilij vocant, ad Oratorium S. Laurentij reuertebatur, vbi reliquias recondebat.* Sed [n] Cencium Camerarium de hac re loquentem audire non pigeat: *Per viam communem pergunt* (ſcilicet Papa, & Cardinales) *proceſſionaliter vſque ad Eccleſiam S. Ioannis Lateranenſis*; & inferius; *Et poſt cele-*

 *bra-*

*brationem cum reliquijs reuertitur ad Baſilicam* (ideſt S. Laurentij) *per palatium*; malè ergò verba Panuinij interpretatus eſt Martinellus, qui nunquàm dixit, Scalam aulæ Concilij ſanctam, vnde hæc falſa opinio nil præiudicat fauorabili præſumptioni Scalæ ſanctæ.

10 Quid quæritur diùtina poſſeſſio? Ex adducta expoſitione de præfato textu Anaſtaſij in vita Hadriani Primi prædicti, Scalæ ſanctæ priſca in Laterano poſſeſſio, ſpatio ſcilicet nouem ſæculorum probatur, ideſt ab anno creationis Hadriani, videlicet 772. huc vſque.

11 Sed apud eundem Bibliothecarium commemoratio Scalæ ſanctæ habetur etiam in vita [o] Sergij ſecundi, in cuius tempore author ipſe viuebat, vnde [p] Baronius dum narrat ab eodem Sergio Lateranenſem Eccle-

cleſiam fuiſſe reſtitutam, hæc ipſius Bibliothecarij [q] verba refert: *Et aliud quidem opus ante fores huius veneranda Eccleſiæ valdè optimum peregit; quia ſacra pridem, quæ latebant populis limina, ſummo ſtudio omnibus manifeſta conſtituit, cum pulchri decori arcus ibidem à fundamentis conſtrueret, quos etiam varijs picturis nitidè decorauit;* Explicat autem hunc Anaſtaſij locum Annaliſta [r] Baronius adijciens, vt ſequitur: *Cæterum per ſacra limina intelligi eam, quam vocamus hodie, Portam ſanctam exiſtimamus; niſi potiùs auctor more ſuo impropriè locuutus, limina pro ſcalis vſurparit. Nam antiquitùs non niſi Apoſtolorum Petri, & Pauli limina culta inueniuntur, &c. ſcala verò ſancta ſcitur Lateranenſem Baſilicam fuiſſe illuſtratam.* Quod autem non ſit intelligendum de Porta ſancta negari

gari minimè poteſt, non ſolum quia textus dicit: *ante fores*; etiam verò quia tunc temporis (videlicet anno à Virgineo partu 844. quo Sergius prædictus ad Pontificatum aſſumptus fuit) Portæ ſanctæ in vſu ſ non erant; neque de liminibus Apoſtolorum; Etenim, vt inquit t Baronius; *Non niſi Apoſtolorum Petri, & Pauli limina culta inueniuntur*, etiam verò, quia Apoſtolorum limina nequaquàm deliteſcere potuerunt, atque de his textus ait: *latebant populis*; multò minus de liminibus oſtiorum eiuſdem Baſilicæ, u Bibliothecarius enim prius ſcripſit, vt dixi, *ante fores*; ergò procul dubio Anaſtaſius *more ſuo impropriè locuutus* (vt aſſerit x Baronius) ſacra *limina pro ſcalis* ſanctis *vſurpauit*; quapropter ſine hæſitatione clarè ſcripſit Ioannes y Gabriel Biſciola: *Tranſit inde Anaſtaſius ad*

*cele-*

*celebranda opera Pontificis, & dona ſanctis locis oblata, & in primis, Baſilicæ Saluatoris Conſtantinianæ, apud quam Scalam ſanctam latentem populis expoſuit*; Et dixit ſacra limina, & non ſcalam, quia temporum iniurijs illi gradus permixti erant, quos poſtea Sergius transferendo fortaſſe è ſitu prædicto iuxta porticum Hadriani Primi, ante Baſilicam Lateranenſem in ſcalam adaptauit, & omnibus manifeſtam conſtituit, inibi erectis arcubus, quos & picturis ornauit, veluti teſtatur Bulla ꝝ Paſchalis ſecundi, qua etiam omnes ambiguitates circa prædicta enodantur, & cuius formalia verba ſunt hæc: *Cum itaque ſacra limina, ſeu venerabiles gradus, quos Hieroſolymis Ieſus Chriſtus Dominus noſter ſuis greſſibus, & ſanguine conſecrauit, dudum Laterani latentes felic. recordat. Sergius II. Prede-*

*deceſſor noſter in ſui Pontificatus primordijs, ante fores Eccleſie Lateranenſis ſponſe noſtre in ſcalam vulgo Pilati dictam adaptauerit, arcuſque ibidem ab eodem erectos deuotis picturis exornauerit*, &c.

12 Obſeruat & Martinellus, quod iuxta ſupradictam explicationem Baronij tunc temporis Lateranenſem Eccleſiam ingrediebatur Scalam ſanctam aſcendendo, ſtantibus illis verbis Anaſtaſij: *Ante fores huius venerandæ Eccleſiæ*, quod credi poteſt, quia Lateranenſis platea demolitionis edificiorum ergo creuit, olim enim admodum inferior erat, vt apparet in Oratorio ſupradicto extructo prope Scalam ſanctam in porticu Hadriani Primi, quæ nunc ſtat in plana terra, & tamen [a] Panuinius de illa porticu ſcripſit: *Infra magnis, & ornatiſſimis paraſtatis, & arcubus ſubſtentatur;*

*tur*; Qui hodie ſubterranei ſunt, & ego eos introſpexi.

13 Denique [b] Angelus Maſſarellus Theleſinus Epiſcopus loquens de Cæleſtino tertio, qui creatus fuit Summus Pontifex anno Chriſti 1191. nempè 347. annis poſt Sergium prædictum, ſcripſit; *Cæleſtinus PP. III. fecit palatium apud* S. *Petrum, Portas æreas Lateranenſis Patriarchij* (profectò intùs in Patriarchio præfato) *& ante ſacros gradus fecit*, ideſt fabricauit, fortaſſe eos tranſtulit à veteri ſitu, in quo Sergius ſecundus poſuerat illos; & quod verè ſit intelligendum de Scala ſancta, patet ex ſequentibus verbis [c] Panuinij; *Propè eſt Oratorium* S. *Silueſtri, deinde Porta, quæ reſpicit gradus* Scalæ, *quam nunc ſanctam*, &c. *cuius fores æneæ ſunt à Cæleſtino Tertio factæ*. Et hæc pro vetuſtiſſima poſſeſſione.

Quid

14 Quid requiritur? debitæ circumſtantiæ poſtulantur? Palatium in quo habitabat Pontius Pilatus (præ cuius foribus, vt dixi, [d] Scala ſancta poſita erat) vigintiocto marmoreis [e] gradibus aſcendebatur, [f] qui ducebant in locum, græcè lithoſtrotos, ideſt lapide ſtratum, hebraicè autem Gabbatha, ſcilicet altum; & profectò [g] tot huius ſacroſanctæ Scalæ gradus exiſtunt, ſuntque [h] omnes.

15 Præterea hactenus Hieroſolymis ipſius ſcalæ lectus, ſeù ſitus conſpicitur, veluti ſequentes teſtes de viſu, & oculati inſpectores, omni exceptione maiores affirmant, ſcilicet P. [i] Bonifacius Stephanus ſacri montis Sion Guardianus, & poſtea Stagni Raccuſini Epiſcopus, [k] Ioannes Zuallardus Eques S. Sepulchri, [l] Ioannes Cotouicus miles Hieroſolymitanus, [m]

Ber-

Bernardinus Amicus, Aquilantes Rocchetta Eques S. Sepulchri, [n] Franciſcus ex ſecli, [o] Franciſcus Quareſmius Terræ Sanctæ Præſul, & Commiſſarius Apoſtolicus, & Petrus [p] de Valle, Quare non nulli Viri Religioſi iamdiù, & denuò per hæc tempora ex Terra Sancta ad Vrbem progreſſi, præfati ſitus ſcalæ Pilati Hieroſolymis, ſedula diligentia menſuram accepiſſe, noſtris AA. RR. PP. Pœnitentiarijs Lateranenſis Eccleſiæ, & mihi teſtati ſunt, qua in Scala ſancta appoſita, inuenimus omnino conſimilem, & prædicto ſitui ad vnguem reſpondentem: Cum ergo illic ſit ipſe ſitus, & ſcala nullibi reperiatur, præter Romam, Romæ idcircò verè aſſeruari concluditur.

16 Quid denique remanet, conſtans traditio? Sed hæc diuerſo hominum ſtatu, multiplici temporum viciſ-

ciſſitudine à generatione in generationem hùc vſque fidelis viget, & inconcuſsa perſeuerat. A quonam per tranſacta ſæcula oppugnata fuit? vel quando mutata? aùt ſaltem diminuta? Siuè tandem aliorſum, atque nunc eſt conclamata traditio? non quidem, ſed quæ diù ſincera effùlſit, ipſa & modo intemerata manet, ac ſine hæſitatione probatur; In tali enim vetuſtiſſima, & firmiſſima maiorum traditione plerumquè fundati

q Authores quidquid ſcripſere ad fauorem Scalæ ſanctæ retulerunt; Hanc traditionem concurrentium populorum, exterarumque nationum multitudo non renuit, ſæcula multa ſequuntur, fauet illi opinio vulgi & Sacroſanctæ Lateranenſis Eccleſiæ, ac ipſam non ſolum Vrbis, ſed Orbis publica vox, & fama ſatetur. Denique eandem ipſimet Sancti deuoto te-

ſtati

ſtati ſunt cultu, ſacræ Apoſtolicæ Viſitationes toleratiòne approbauerunt; [r] Sixtus V. ampliſſima Bulla roborauit, nam, *Antiquiſſimam Patrum traditionem* vocauit; Cæteriquè Summi Pontifices vicem Dei in terris gerentes flexis genibus publica veneratione confirmauerunt, atque vſquè adeò confirmant: Et ecce conſtans traditio, quam tenere omnino debemus, docente [ſ] Apoſtolo: *State, & tenete traditiones, quas didiciſtis ſiuè per ſermonem, ſiuè per Epiſtolam*; Ergo ſi æqua præſumptio, ſi antiqua poſſeſſio, ſi debitæ circumſtantiæ, & ſi inuiolata traditio probatur, & exhibetur, profectò de Scalæ ſanctæ identitate minimè ſuſpicandum, maximè quia prædicta in re iſta vetuſtiſſima, etiam ptopter rationes, authoritateſquè adductas à Dominico [t] Anfoſſio, ſufficientem, imò affluentem probatio-

tionem pro eadem certa identitate efficiunt, cui diſſentiri temeritas, & non admittere eſſet improbitas; & quam ſinè prauæ malignitatis nota nimirum abnuere nemo poteſt; quamobrem in hac re repetendum videtur axioma illud [u] Tertulliani ab omnibus acceptum, & elaudatum. *Tanta eſt Eccleſiæ auctoritas, vt quod longioris ſpatio dixiſſe, vel feciße reperitur, id ipſum vt diuinitus inſtitutum haberi debeat. ſatiſquè ſit ad conuincendos omnes hæreticos.* Quapropter de ſubiecta materia loquens [x] Serranus ait. *Impium enim ſemper eſſe duxi, negare id, quod piè ab omnibus, aùt plerîſque receptum eſt. Quot ſeruari videntur in Eccleſia, quæ à traditione tantùm fluxerunt. de quibus negando dubitare, grauiſſimum, ac ſacrilegum eſt?* Et S. [y] Auguſtinus ſcripſit: Inſolentiſſimam inſaniam eſſe diſputare contra

tra id quod vniuerſa tenet, & obſeruat Eccleſia.

17 Adhuc etiam probari, & confirmari poteſt identitas Scalæ ſanctæ illuſtrium Authorum teſtimonijs, quorum Elenchum, quia nimis longum eſſet hic recenſere, ideò in calce operis ſeruato temporum ordine ponam; Quibus accedunt gratiæ innumerabiles inibi habitæ, *Dum ego ſæpe viderim, & ſim expertus* (vt verbis loquar Ioannis Baptiſtæ Pauliani) *innumeros ſæpè viros, & peregrinos eò accedentes, ita eo in ſacro loco à quadam diuini Spiritus gratia agi, atque moueri, vt ex veteri peccatore, nouum facilè, & emendatum indui hominem ſæpè coacti fuerint, ſuo quodam maximo charitatis ardore*. Et quidem in his lapidibus inſenſatis animatam curationum gratiam experiuntur mortales, quoniam in ea etiam à ſpiritibus

vexatos liberationem, ægroſque omnis generis ſalutem recuperaſſe, conſtans eſt fidelium perſuaſio; Et hæc certè potiſſima eſt, atquè irrefragabilis probatio, quæ huius Scalæ ſanctæ certiſſimam identitatem euidenter demonſtrat, non modò hominum, verum etiam Dei teſtimonio, à ſolo enim Deo miracula patrantur: Nam ſi triumphale humanæ redemptionis vexillum ex tenebrarum obliuione quamplurimis eius tantummodò tactu prodigijs exhibitis Hieroſolymis à S. Helena repertum ad lucem prodijt: Etiam Scala ſancta ſe veram eſſe oſtendit, cum ad illius tactum ſigna multa patrantur. Et hæc pro ſua identitate dicta ſufficiant.

a *Ferrandus Diſquiſit. Reliquiaria lib. 1. cap. 12. ſect. 2. fol. 282.*

b *Pompeius Vgonius ſtat. 5. fol. 44. b. & alij.*

c *Octauius Pancirolus in libro nuncup. Teſori naſcoſti de reg. montium Eccleſ. 12. fol. 145. Antonius Sanctarellus in vita Chriſti cap. 31. num. 2. fol. 286. Pompilius Tottus in lib. inſcripto: Ritratto di Roma moderna die 6. Eccleſ. 12. fol. 455.*

d *P. Bonifacius Stephanus lib. 2. de perenni cultu Terræ Sanctæ fol. 234. quem refert Franciſcus Quareſmius elucid. Terræ Sanctæ tom. 2. lib. 4. cap. 2. fol. 182. col. 2. Indulgentiæ Lateranenſis Eccleſiæ tempore Gregorij XIII. apud Typographos Camerales editæ. Mutius Panſa de Biblioth. Vatic. Italicè par. 1. diſc. 9. fol. 114. Ioannes Cotouicus in Itinerario Hieroſolymitano, & Syriaco lib. 2. cap. 11. fol. 256. Franciſcus Maria Turrigius in hiſtorica narratione Eccleſ. S. Iacobi Scoſſacabal. cap. 1. fol. 1. & cæteri multi.*

e *Codex pergamenus m. ſ. antiquiſſimus aſſeruatus in Archiuio Lateranenſis Eccleſiæ in arm. IV. fol. 23. qui vſque à temporibus Alexandri III. nimia vetuſtate iam caducus erat, & alter iuſſu eiuſdem Pontificis à Ioanne Diacono Lateranenſi renouato, & aucto, vnaquè cum præfato vetuſtiſſimo colligato fol. 63.*

f *Theodorus Amydenus de piet. Rom. par. 1. cap. 3. fol. 56.*

g *Cardin. de Perron. in libro inſcripto Perroniana, & Thuana Gallica lingua edito fol.276.*
h *Serranus de ſeptem Vrbis Eccleſijs ſol.73.*
i *Ità Michael Mercatus cap. 13. fol.12.*
k *Ex eodem Mercato cap.42. fol.384.*
l *Card. de Perron. loc. cit.*
m *Sic aſſerit Tabula è muſiuo Nicolai IV. Pontificis tempore reſtituta retro tribunam Lateran. Eccleſiæ nunc parieti affixa, quæ etiam legi poteſt apud Onuphrium Panuinium in m.ſ. ipſius de Sacroſancta Baſilica, Baptiſt. & Patriarchio Lateranenſi aſſeruato in Archiuio Lateran. lib.1. cap.9. fol. 53. necnon apud Eminentiſs. Cæſarem Card. Raſponum de Baſilica, & Patriarchio Lateran. lib.1. cap.10. fol.48.*
n *Raſponus ibidem fol.45. §. Plerique.*
o *Magna Tabula Lateran. m.ſ. in Baſ. Lateran. columna 1. §. In tribuna.*
p *Ita Topographia SS. Chriſti Martyrum Primi Cabilunenſis Epiſcopi edita in calce Martyrologij Franciſci Maurolyci fol. 148. b. Venet. impreſſionis, Aloyſius Contarinus in opuſculo intitulato: L'Antiquità di Roma fol. 48. b. editionis Venetæ, Vgonius loc. cit. fol. 42. Georgius Portius in libro appellato Specchio, ò vero Compendio dell' Antichità di Roma par. 1. tract. 1. cap. 2. fol.6. Raſponus ibid. dicto §. Plerique.*
q *Pancirolus vbi ſupra Eccleſ. 11. fol. 139. Io: Seueranus in libro: Memorie ſacre delle*

ſet-

ſette Chieſe di Roma par.1.fol.507. & alteri.

r S. Matthæi cap. 27. num.8.

ſ Alphonſus Ciacconus de ſignis Sanctiſſimæ Crucis, & Acta Sac. Viſitationis Apoſtol. Vrbani VIII. ex Turigio loc. cit. d. cap.1. fol. 2.

t Geneſ. cap.22. num.9. & 10.

u Florauantes Martinellus in Roma ex Ethnica Sacra cap.9.fol.116.

x Contarinus ibid. fol. 96. in princ. Pancirolus de regione VII. Eccleſ.IV. fol.507.& 508.

y Contarinus loc. cit.fol.95. §. Vi è poi. Turrigius prædictus in opere nuncupato: Le Sacre Grotte Vaticane par.1. fol.16. ſecundæ editionis.

z Idem Tur.par.2.fol.283.

& Sixtus.V. Papa Conſt.105. Cum ſingularum rerum anno 1590. 4.Non. Iunij in tom. 2. Bullarij Laertij Cherubini fol. 683. col. 1. §.1. in princ.

a Dauid pſ.68. verſ.26. Iſaias cap. 6. num.11. & cap.25.num.2. Daniel cap.9.num.26.

b Matthæi cap.24. num.2. Marc.cap.13. num.2. Luc.cap.19.num.44. & cap.21.num.6.

c Lyranus ibi in Matth.

d Cor.Corn.à Lapide in Matth. ibi.

e Henricus Spondanus in Epit.Ann.Baron.tom. 1. fol.38.col.1.num.42.

f Ioſeph de Bello Iudaico lib.7. cap.18.

g Onuphrius m.ſ. cit.lib.4.cap.7. fol.160.& cap.

21. *fol.* 170. *b.*

h *Anaſt.in Hadr.I. num.*328.*ex Cod.Farneſ.*

i *Panuinius ibid. cap.* 1. *fol.* 149. *&* *de ſeptem Vrbis Eccleſijs latinæ editionis fol.* 171. *ad fin.Italicæ verò fol.*219.

k *Raſponus lib.*4.*cap.*2.*fol.*301.*&* *cap.*5.*fol.*324.

l *Martinellus in ſuo m. ſ. de nonnullis reliquijs Lateran. Eccleſ. Italo idiomate exarato, & in Archiuio Lateranenſi aſſeruato fol.*40.

m *Millinus in ſua Roma m. ſ. Italica lingua de reg.montium fol.*91.

n *Seueranus d.par.*1. *fol.*538.

o *Pariſ.in Diario m.ſ.ann.*1513.

p *Ex Codice Farneſ. prædicto , & ex Anaſtaſio edito Moguntiæ anno* 1602. *pag.* 161. *in Hadr.I.* §. *ſed,& porcos ; & ex altero in folio impreſſo Pariſijs ann.*1649.*ib.fol.*111. §.*eod.lin.*8.*& ex Anaſt.m.ſ.in pergam. perantiquo cum aſſibus in Biblioth.Vat. ſignato num.* 3764. *in vita eiuſdem fol.* 160. *b.*

q *Seueranus d.par.*1. *fol.*534.*num.*45.

r *Raſponus lib.eod.c.*20.*fol.*386.*atque in Diario Ludouici de Branca ſub die* 18. *Ian.* 1560. *de Pio IV.legitur : Et deſcendens per Scalam prope Scalam ſanctam , & aſcendens mulam albam,rediuit ad arcem S.Angeli .*

ſ *Hic num.*8.

t *Paris de Craſſis loc.cit.*

u *Panuinius vbi ſup.*

x *Martinellus in ſupradicto eius m.ſ. fol.* 42.

y *Vti comprehenditur ex eius cænotaphio in Eccleſia*

*cleſia S. Auguſtini Vrbis.*

z *Ex eius epiſt. dedicatoria in eod. m.ſ. de Baſ. Later.*

a *Paris de Craſſ. vbi ſup.*

b *Idem ibidem ſub die 19. Decembris 1513.*

c *Inuentarium cuſtoditum in Archiuio Lateran. In Gazophilacio XII. litt. I. & ita etiam P. Bonifacius vbi ſupra eod. fol. 235. Cotouicus loco cit. & alij.*

d *Cornelius à Lapide comment. in Ioann. cap. 19. verſ: 13. Quareſmius d. tom. 2. cap. 2. fol. 183. col. 1.*

e *Panuinius m.ſ. lib. 4. cap. 21. fol. 170. b*

f *Idem ibidem.*

g *Martinellus in præfato m.ſ. fol. 42.*

h *De Craſſis in Diario prædicto ſub dicta die 19. Decemb. 1513. in ſeſſ. 8. Later. Concil. lib. 4. & vltim. Diariorum eius fol. 68. aſſeru. in ditiſſima Biblioth. Eminentiſsimi Card. Pij tom. 20. Diuerſ. Diariorum; & idem refert Angelus Maſſarellus in ſuis m. ſ. aſſer. in Archiuio ſecreto Vaticano.*

i *Martinellus in ſuo m.ſ. ſupradicto fol. 41.*

k *Panuinius ibid. fol. 170. b.*

l *Martinellus m.ſ. loc. cit.*

m *Panuinius loc. cit. fol. 171.*

n *Cencius Camerarius in lib. Rituali m.ſ. quem refert Eminentiſſimus Raſponus lib. 4. cap. 19. fol. 382.*

o *Anaſt. Biblioth. impreſſ. Moguntiæ in Sergio II. fol. 253. §. Quo expleto, & edito Pariſijs*

*fol.173.§.eod.lin.15.*

p *Cæſar Card. Baronius Annal. tom.*10. *editionis Vaticanæ anno* 844.*fol.*16.*litt.E.*

q *Quæ etiam leguntur in vetuſto Codice pergameno in folio paruo m.ſ. eiuſd. Anaſt.aſſeru. in Bibl.Vaticana ſign. nu. ſupradicto* 3764. §. *Quo expleto fol.*255. *b. his tantum mutatis: Cum pulchrè decoros ibid.arcus.*

r *Baronius ibid.*

ſ *Andreas Victorellus in lib. nuncupato: Hiſtoria de Giubilei Pontificij par.*3. *fol.*390. *& ſeq.*

t *Baronius loc.citato.*

u *Anaſt. vbi ſup.*

x *Baronius ibidem.*

y *Biſciola epit. Annalium Eccleſiaſt. Baronij tom.*2.*an.* 844.*fol.*400.*in princ.*

z *Bulla hæc per extenſum ſuo loco adducetur.*

& *Martinellus in ſupracit.m.ſ. fol.*40.

a *Panuinius in dicto m.ſ.lib.*4. *cap.*7. *fol.*160.*b.*

b *Maſſarellus in ſuis m.ſ.aſſer.in Archiuio ſecreto Vaticano,tom. I. fol.*92.

c *Panuin.eod. loc. fol.*160.

d *In hoc cap.num.*1.

e *Chriſtianus Andrichomius Delphus in Theatro Terræ Sanctæ fol.* 155. *col.* 2. *num.* 5. *Quareſmius dicto tom.*2. *lib.*4. *cap.* 2. *fol.* 181.*col.*1. §.*Primus locus,& alij.*

f *Ioannes Zuallardus in libro nuncupato: Il deuotiſſimo Viaggio di Geruſalemme lib.* 3. *die* 2. *fol.*165. *litt.B. Ioannes Cotonicus in*

*dicto*

*dicto Itinerario Hieroſ. & Syriaco eod. lib. 2. c.11. fol.256. Alexius Sagalà p.2. medit. 87.nu.3. fol.118. Cor.Corn.à Lapide Comment.in S.Ioan.cap.19. in verſum 13.*

g *Andreas Fuluius de Antiq.Rom.lib.2. fol.28. Mirabilia Vrbis ann. 1566. fol.6.b. Aloyſius Contarinus loc. cit. fol. 94. b. Mirab. Vrb. ann.1582. fol.2.b. Petrus Fuluius in lib.inſcript. Compendio del Celeſte,e diuino Teſoro cap.16. fol.209. F.Sanctes Auguſt. in lib. appellato: Le coſe marauiglioſe dell'alma Città di Roma fol.5. Petrus Martyr Felinus in opere nuncupato: Trattato nuouo delle coſe merauiglioſe di Roma fol.4. Ioan. Bapt.Cherubinus in lib.de mirab.Vrb.Italo idiomate fol. 5. Cotouicus vbi ſup. Tottus loc.ſup.cit. Quareſmius eod.loc.fol.183.col. 1.Martinellus in prædicto m.ſ.fol.39.& alij.*

h *Ioannes Baptiſta Paulianus de Iub.& Indulg. lib.3.fol.223.*

i *Bonifacius lib.2.de perenni cultu Terræ ſanctæ fol.234.*

k *Zuallardus loc.cit.*

l *Cotouicus in dicto Itinerario Hieroſ. & Syriaco eod.lib.2.cap.11.fol.256.*

m *Rocchetta in opere vocato: Peregrinatione di Terra ſanta tract.3.cap.7.num.12. fol.156. Bernardinus Amicus in libro inſcripto: Trattato delle Piante, & Imagini de ſacri Edifizi di Terra ſanta cap.18. fol.24.*

n *Secli in libro appellato: Viaggio di Geruſalem-*

*me,*

*me, narrat.* 10.*fol.* 102.*num*.8.

o *Quareſmius loc. cit. & fol.* 183. *col.* 1. §. *& quia.*

p *De Valle Viaggi par.*1.*epiſt.*13. *fol.*508.*nu.*5.

q *Ita monumenta Archiuij Later. m. ſ. in Arm. XV. litt. X. Y. fol.* 5. *Serranus vbi ſupra fol.*72. *Vgonius Sat. V. fol.* 44. *b. Rutilius Benzonius de Anno Sancti Iubilæi lib.* 3. *cap.* 15. *fol.* 388. §. *Ad hoc ; Sebaſtianus Fabrinus in libro intitulato : Dichiaratione del Giubileo dell' Anno Santo cap.* 18.*fol.* 134. *Andreas Victorellus in additionibus ad Ciacconum in Sixto V.to.*2. *col.* 1823. *litt. C. Seueranus d. par.*1.*fol.* 543. *Marſilius Honoratus in Opuſculo dicto: Teſori dell' Anno Santo cap.*6. *fol.*127. *Raſponus dicto lib.*4.*cap.*10. *fol.*331.*atque alij innumerabiles.*

r *Sixtus V. in tom.* 2. *Bullarij dict. Conſt.* 105. *fol.*683.*col.*1.§.1.

ſ *S.Paulus epiſt.* 2. *ad Theſſalonicenſes cap.* 2. *num.*14.

t *Anfoſſius de Sacrarum Reliquiarum cultu,&c.* §.22.*num.*2.*fol.*164.*col.*2. *& fol.*165.*col.*1.

u *Tertullianus de præſcript.*

x *Serranus loc.cit.fol.*73. *Et Benzonius loc.cit.* §.*Tertiò per illas.*

y *S. Auguſtinus epiſt.*118.*cap.*5.*tom.*2.

z *Paulianus loc.cit.*

De

XLIII.

# De maxima veneratione, qua habenda eſt Scala Sancta.

## Cap. II.

1 PLVRIBVS vicibus Chriſtum Dominum tranſijſſe patientem per ſcalam iſtam, communis eſt [a] Authorum ſententia, & ego ſexies id egiſſe cum [b] Quareſmio arbitror, cuius amplector opinionem, qui ſcripſit: *Chriſtus tempore Paſſionis tribus vicibus eam aſcendit, & totidem ex ea deſcendit.*

2 Primò nimirum aſcendit, quando domo Principis Sacerdotum ad Pontium Pilatum Præſidem, vt eum ſummus Sacerdos, ac vniuerſum

Pha-

Phariſeorum, ſcribarumquè Concilium apud illum multis prætenſis criminibus accuſarent, adductuſ [c] fuit; Et primò ex ea deſcendit, quando à Pilato ad Herodem fuit [d] amandatus.

3 Secundò ipſam aſcendit, cum ab impio Herode ad eundem Pontium, omni crudelitate in eo à cuncto militum exercitu (qui prædicto ſæuo Regi Herodi nullo immanitatis genere nempè cedebat) priùs adhibita, veluti inſanus morionis veſte indutus, [e] remiſſus fuit; & ſecundò ex ea deſcendit cum ductus fuit ad flagellationis [f] locum, ſi verum eſt, quod flagellatio extra palatium, quo vtebatur Pilatus peracta fuit, ſicuti præfatus [g] Quareſmius rectè probat.

4 Tertiò iterum eandem ſcandit, quando flagellatus coram Iudice denuò ſiſtitur, & ſpinis coronatus [h] fuit; Et tertiò deniquè per illam deſcendit dum

morti

morti iniuſtè adiudicatus, in qualibet ſacratiſſimi corporis parte exulceratus, ſpinea diuinum præcingens caput corona, incredibiles iniurias, & inſani furoris diras violentias libentèr, ac humilitèr perferens, fundenſque copiosè pretioſiſſimum ſanguinem ad Caluariæ locum raptus à crudelium militum barbara feritate [i] fuit, qui ſuper ſacros humeros duriſſimum Crucis patibulum deferebat prout [k] quamplures pijſſimè opinantur.

5 Hinc eſt, quod hæc venerabilis ſcala reſperſa fuit pijs [l] lacrimis amabiliſſimi Redemptoris (qui etiam in patibulo Crucis abundè [m] fleuit) & decorata [n] ſanguineis guttis eiuſdem Domini noſtri, ex quo in ipſa multis in locis diuiniſſimus [o] cruor cernebatur, præcipuè in duobus [p] gradibus, & ſummoperè in altero [q] gradu vbi craticula adeſt ex ære coro-

nario, non ſine admirabili [r] miraculo per ſæcula multa aſſeruatus.

6 Quapropter inibi ſe Chriſticolæ procumbentes peculiari deuotione erga Chriſti paſſionem quamplurimos [ſ] actus contritionis eliciunt, & affectu ardentiori ſuauiſſimè deoſculantur, quaſi dulciſſimas guttas Dominici cruoris, auro longè pretioſiores, quæ ibi olim erant, lambere deſiderantes: propterea quis nempè cælo ipſo ſcalam iſtam non diceret feliciorem, atquè pulchriorem? nam ſi cælum ſe fulgidis ſtellis oſtentat, hæc illuſtrior ſanguineis ſtillis vnigeniti filij Altiſſimi redditur; & ſi illic diluculum, & pater luminum naſcitur, hic ſol iuſtitiæ Deus noſtrarum perennium felicitatum formoſam produxit auroram; quamobrem hi gradus ſcalæ iſtius valdè ſuperbirent, niſi optimam diſciplinam ſanctæ humilitatis accepiſſent

ſent à pretioſo ſanguine illius, t qui humiliauit ſemetipſum vſque ad mortem.

7 Si ergo hanc ſcalam ſæpe ſæpiùs Redemptor æternus ſacratiſſimis pedibus calcauit, decorauit ſacroſanctis veſtigijs, & copioſis lacrymis, proprioque cruore abſquè dubio inſigniuit, qualis erit honor, qui cultus, & veneratio quæ illi iuremerito debetur? maxima vtique, & cuius maior inueniri haud poſſit, ac infinita; Et ſi multa veneratione dignum exiſtimans ſuæ ſcalæ viſionis locum Patriarcha Iacob, venerabundus, u pauenſque. *Quàm terribilis eſt* (inquit) *locus iſte? non eſt hic aliud niſi domus Dei, & porta cæli*; Et tamen diuiniſſimo cruore ſanctificatus non erat, qua maiori ratione hoc vtique dixiſſet de ſcala iſta, atque affirmaſſet, ſuper qua ſanguinem ipſum filij Dei, & non

non x Angelos, ſed Deum aſcendentem, & deſcendentem per eam vidiſſet? Ex quo ſemper locus iſte à fidelibus in magna y veneratione habitus fuit, & viſitatus; *Etenim* (z Sixtus V. ait) *ſi præcipua veneratione digniſſima ſunt ea omnia, quæ per contactum ſacratiſſimi Corporis Domini noſtri Ieſu Chriſti, in quo omnis plenitudo diuinitatis corporaliter inhabitat, ſanctificata iure optimo cenſentur; quanta demum reuerentia, animiquè dimiſſione colendæ; quanta etiam honorificentia, & decore ornandæ, & aſſeruandæ erunt hæ ſacreſanctæ ſcalæ, quas idem Dominus, ac Redemptor noſter iàm antea flagellatus, & ſpinea corona caput circumuulneratus, non modò nudis ſacrorum pedum plantis, ſed eo ipſo, quem pro nobis effundebat, ineſtimabili ſanguine aſperſit, ſimulque glorioſis beatorum pedum, & cruoris ex ſanctis vulneri-*

*neri-*

*neribus copioſè manantis veſtigijs, quæ adhuc extant, impreſſas, ac notatas reliquit? Adorabimus inquit,* [a] *Propheta in loco iſto, vbi ſteterunt pedes eius, & rurſus;* [b] *Adorate ſcabellum pedum eius, quoniam ſanctum eſt. Apud* [c] *Iſaiam quoque legimus: Locum pedum meorum glorificabo, & ad ſanctam Ciuitatem Hieruſalem:* [d] *Adorabunt veſtigia pedum tuorum. Et apud* [e] *Ezechielem: Locus ſolij mei, & locus veſtigiorum pedum meorum.* Hactenus Sanctiſſimus Pontifex Sixtus Quintus; Quare Regum, & ſummorum quoque Pontificum genibus conteri mos eſt, inferiuſque oſtendam.

L.

a Serranus loc. cit. fol.72. & 73. Vgonius Stat. V. fol. 44. b. Sixtus V. dict. Conſt. 105. §.1. Chriſtianus Andrichomius Delphus in Theatro Terræ ſanctæ fol.155. col.2.nu.5. Benzonius vbi ſupra §. Ad hoc propè finem, Fabrinus cap. 8. fol.135. Felin. de mirab. Vrbis fol.4. Mantegatia lib.2. cap.32. fol. 296. Sanctarellus d.cap.31.n.2.fol.286. Seueranus p. 1. fol. 543. & p. 2. fol. 131. Tottus vbi ſupra dict. fol.455. Auguſt. Calcaginus in opere inſcripto: Dell'Imagine Edeſſena libri due, obſeruat. 33. fol. 460. §. Circa la ſeconda, Ioan. Baglionus in opuſculo nuncupato: le noue Chieſe fol.131. Honoratus cap. 6. fol. 127. De Valle loc. ſupracit. Martinellus in libello: Roma ricercata die x. fol.419. & alij quamplurimi.

b Quareſmius loc. cit. dict. fol. 183. col. 1. §. & quia.

c Serranus ib. fol.73. Benzon. ib. Fabrin. loc. cit. Seueran. ibid. Quareſm. ib. Honoratus loc. ſupradicto & iuxta Euangelium S. Matthæi cap. 27. num. 1. S. Marci cap. 15. num. 1. S. Lucæ cap. 23. num. 1. S. Ioannis cap. 18. num. 28.

d Seueranus p. 2. fol. eod. Quareſmius ibid. & ſecundum Euangelium S. Lucæ cap. 23. n. 7.

e Serranus dict. fol.73. Benzonius eod. loc. §. ſecundò, Fabrinus fol.135. Seueranus par. 1. fol.543. & par.2. fol.131. Quareſmius eod. loco, Honoratus ibidem fol. 127. & iuxta

Euan-

# L I.

*Euangelium S. Lucæ eod. cap. 23. num. 12.*

f *Quareſm. eodem loco, & ſecundum Euangelium S. Matthæi, d. cap. 27. num. 26. S. Marci cap. 15. num. 15. S. Ioan. cap. 19. n. 1.*

g *Quareſm. ibidem, ac ſecundum Euangelium S. Matthæi dict. cap. 27. num. 26. S. Marci cap. 15. num. 15. S. Ioan. cap. 19. n. 1.*

h *Zuallardus dict. lib. 3. die ſecunda fol. 165. litt. B. Quareſm. eod. fol. 183. col. 1. §. Et quia, & iuxta Euangelium S. Matth. cap. 27. n. 29. S. Marci cap. 15. num. 17. S. Ioan. cap. 19. num. 2.*

i *Serranus vbi ſupra, Benzonius loc. cit. §. Tertiò per illas; Fabrinus eodem loco, Rocchetta dict. tract. 3. cap. 7. fol. 156. n. 12. Seueranus, Honoratus, & de Valle locis citatis, atquè Emin. Raſponus eod. lib. 4. cap. 10. fol. 331. alijque, & ſecundum Euangelium S. Matth. cap. 27. num. 31. S. Marci cap. 15. num. 20. S. Lucæ cap. 23. num. 26. S. Ioann. cap. 19. num. 16.*

k *Bonifacius lib. 2. de perenni cultu Terræ ſanctæ, quem refert Quareſmius loc. cit. fol. 182. col. 2. §. Placet, Zuallardus ibid. Serranus d. fol. 73. Benzon. loc. cit. Fabrinus eod. fol. 135. Cotouicus vbi ſupra lib. eod. cap. 11. fol. 256. Rocchetta loc. cit. Seueranus eod. fol. 543. Honoratus vbi ſupra fol. 127. De Valle par. 1. fol. 508. & cæteri multi.*

l *Felin. loc. cit. Tottus ibid. Seraphinus Pace in libello appellato: Modo di fare la Scala ſan-*

*ta fol. 12. & alij.*

m *Beatus Vbertinus de Caſali in libro inſcripto: Arbor vitæ Crucifixæ Ieſu lib.4.cap.16.*

n *Paſchalis PP. Secundus in ſupradicta Bulla, Iulianus de Datis in libro cuius initium eſt: Comincia el tractato di Santo Ioanni Laterano fol. 6. b. & in altero Stationum Vrbis fol. 3. edit. ann. 1492. & aſſeruat. in celeberrima Bibliotheca BARBERINA, liber Indulgen. & Reliquiar. Romæ editus tempore Alexandri VI. & cuſtoditus in bibliotheca Angelica apud S. Auguſtini Eccleſiam, mirabilia Romæ an.1511.& an.1550. Paulianus loc.cit. dict. fol.223. Mirabilia anni 1566. fol.6. b. Bonifacius vbi ſupra, Contarinus loc.cit. Mirabil.ann.1582. fol.2. b. Sixtus V. d. Conſt. 105. §. 1. Angelus Rocca de Bib. Vat. fol. 23. Petrus Martyr Felinus m.ſ.in Bibl.Vat. ſignat. n.5490. & inter mm.ſſ.latinos Bibl.Vrbin.ſign.n.1011. Cotonicus loc.cit.Panciroltus in calce operis in Indice Reliquiarum,verbo:Gieſù Chriſto, §.Scale del Palazzo, Sanctarellus dict. fol. 286. Victorellus in additionib. ad Ciacon. in Sixto V. col.1823.lit.C. Tottus vbi ſup.*

o *Fabrinus dict.c.8. fol.135. Rocchetta vbi ſup.*

p *Seueranus par. 1. d. fol. 543. Honoratus eod. cap.6. fol.127.*

q *Magna Tabula Lateran. col. 2. §. In Capella S.Silueſtri, Primus Cabilunenſis Epiſc. in Topographia SS. Chriſt. Martyrum*

fol.

*fol. 148. b. Mirabilia Vrbis impreſſa ann. 1566. fol. 6. b. Contarinus loc. citato Mirabilia ann. 1582. fol. 2. b. Monumenta m. ſ. Archiuij Later. in Arm. XV. lit. X. T. fol. 5. Andrichomius loc. cit. Petrus Fuluius vbi ſup. cap. 16. fol. 2[illegible]. Fr. Sanctes Auguſtinianus in lib. inſcripto: Le coſe marauiglioſe dell' Alma Città di Roma fol. 5. Felinus de mirab. Vrb. l. cit. Io. Baptiſta Cherubinus in lib. de Mirab. Vrbis Italo idiom. fol. 5. Mantegatia vbi ſupra. Ioan. Henricus à Pflaumern in Mercurio Italico verb. Roma fol. 310. editionis Lugdunenſis, Tottus loc. cit. Pace loc. cit.*

r *Sanctarellus ibid.*

ſ *Martinellus in ſupradicta Roma eodem fol. 4 9.*

t *S. Paulus epiſt. ad Philippenſes cap. 2. n. 8.*

u *Geneſ. cap. 28. num. 17.*

x *Ibid. num. 12.*

y *Quareſmius in ſupradicto tom. 2. lib. 4. cap. 2. fol. 183. §. Et quia in fine.*

z *Sixtus V. dict. Conſt. 105. in tom. 2. Bullarij fol. 683. §. 1. col. 1. in fine.*

a *Dauid pſ. 131. verſ. 7.*

b *Pſ. 98. verſ. 5.*

c *Iſaias cap. 60. num. 13.*

d *Ibidem num. 14.*

e *Ezechiel cap. 43. num. 7.*

LIV.

# De amplis Indulgentijs Scalæ Sanctæ.

## Cap. III.

1 EXIMIAM huius ſcalæ ſanctitatem ante mentis oculos meritò Summi Pontifices habentes, augendæ erga illam, gentium, & nationum condignæ deuotionis cauſa, non vulgares [a] indulgentias (quas nempè acquirunt genuflexi, & religioſè aſcendentes) conceſſerunt; Vndè Sixtus V. qui admodum accuratus fuit in rebus omnibus Scalæ ſanctæ, prædicta ſua eſactiſſima [b] Bulla aliquas huic minimè largitus eſt indulgentias, fortaſſe, quia fixum animo ſuo erat, illarum copiam inibi eſſe maximam, quapropter ſuperfluum illi viſum fuit id agere.

Diſ-

2 Diſcrepant inter ſe Authores circa Indulgentiarum harum quantitatem; Alij [c] enim dicunt ibi eſſe indulgentias trium annorum, & tot quadragenarum pro ſingulo gradu.

3 Alteri [d] ſeptem annorum ſingulo quoque gradu, & totidem [e] quadragenarum.

4 Multi [f] nouem annorum, & tot quadragenarum.

5 Reliqui [g] trium millium annorum, ac totidem quadragenarum.

6 Sed diploma [h] Paſchalis ſecundi cunctas amputat difficultates, eo quia ex illo habetur, Sanctum Leonem Quartum indulgentias conceſſiſſe trium annorum pro quolibet gradu, & ipſum Paſchalem auxiſſe ad nouem, cuius tenor de verbo ad verbum talis eſt.

*Paſchalis Epiſcopus ſeruus Seruorum Dei in perpetuum. Ad Apoſto-*

*lice dignitatis faſtigium cum primum a Deo, nullo meritorum ſuffragio, ſed eius inſcrutabili conſilio fuimus euocati, illud precipue in corde habuimus, vt ſacris monumentis debiti honoris a nobis extaret obſequium. Cum itaque ſacra limina, ſeu venerabiles gradus, quos Hieroſolymis Ieſus Chriſtus Dominus noſter ſuis greſſibus, & ſanguine conſecrauit, dudum Laterani latentes felic. record. Sergius ſecundus Predeceſſor noſter in ſui Pontificatus primordijs ante fores Eccleſie Lateranenſis ſponſe noſtre in ſcalam vulgo Pilati dictam adaptauerit, arcuſque ibidem ab eodem erectos, deuotis picturis exornauerit, & beate memorie Leo Quartus etiam Predeceſſor noſter indulgentijs inſigniuerit, trium videlicet annorum pro quolibet gradu orando ſcandentes acquiſituri: Nos ad augendam erga prefatam Scalam, intuitu Dominice paſſionis fide-*

de-

*delium religionem; de omnipotentis Dei miſericordia, & Apoſtolorum eius Petri, & Pauli auctoritate confiſi, tenore preſentium predictas indulgentias confirmamus; Illis vero, qui maiori deuotione accenſi congenulati per ipſam aſcendent, toties quoties hoc fecerint, ſex inſuper annos pro ſingulo quoque gradu de iniunctis eis penitentijs miſericorditer relaxamus. Datum Laterani nonas Auguſti Pontificatus noſtri anno primo.*

7 Paulus V. Summus Pontifex anno 1617. vigore Breuis conceſſit Sanctimonialibus S. Mariæ in Campo Martio Vrbis Ordinis S. Benedicti indulgentias Scalæ ſanctæ, quotieſcunque quandam deuotam Scalam genibus flexis in eius monaſterio aſcenderint.

8 Etiam Clemens Nonus ſanct. mem. eiſdem Scalæ ſanctæ indulgen-

tijs

tijs numiſmata, vulgò *medaglie* S. Petri de Alcàntara, & S. Mariæ Magdalenæ de Pazzis pro vna vice tantum in anno inſigniuit.

9 Nouiſſimè idem ſtatuit Sanctiſſimus Dominus noſter Clemens Decimus pro numiſmatibus quinque Sanctorum ab eodem Diuorum numero adſcriptorum.

*a Sic habetur ex Indulgentijs Lateran. Eccleſiæ ſedente Gregorio XIII. per Camerales editis, è Camillo Fanuccio in libello cuius titulus eſt: Regola, & Ordine da oſſeruarſi in viſitare le ſette Chieſe fol. 86. & ex Henrico à Pflaumern in Mercurio Italico loco cit.*

*b Sixtus V. Conſtit. ſupradicta* 105.

*c Mirabilia Vrbis anni* 1582. *fol.* 2. *b. Frater Sanctes loc. cit. fol.* 4. *Cherubinus ſupracit. fol.* 5. *Felin. de mirabilibus Vrbis eod. fol.* 4. *Tottus d. fol.* 455. *Pace loc. cit.*

*fol.*

*fol. 13. Martinellus ibid. fol. 419. & 420.*

d *Monumenta Lateran. Eccleſ. Altari Pontificio eiuſd. Baſilicæ appenſa, Summaria Indulg. ipſiuſmet Baſilicæ impreſſa, & m. ſ. in illius Archiuio aſſeruata in Arm. num. XIII. litt. Q.*

e *Magna Tabula Lateran. col. 2. §. in Capella S. Silueſtri.*

f *De Datis in ſupracit. Tract. Baſil. Lat. fol. 6. b. Liber Indulg. & Reliquiarum Vrbis Alex. PP. VI. ſedente impreſſ. Mirabilia Romæ edit. ann. 1511. 1550. & 1566. fol. 6. b. Simplicianus Turrinus in libro Indulgentiarum, &c. Confraternit. B. V. Conſol. & S. Monicæ iuſſu Greg. XIII. reuiſo, & approbato fol. 25. & à Clemente VIII. confirmat. Seraphinus Pagni in libro Indulgentiarum Vrbis lib. 2. fol. 44. Petrus Fuluius loc. cit. Camillus de auxilio in libello intitulato : Sommario dell' Antic. Orig. della Relig. Carmel. fol. 178. Archangelus Caraccia in libro appellato : Inſtruttione per dire il Santiſſimo Roſario editionis Florentinæ par. 2. cap. 10. fol. 142.*

g *Barnabas Veries Hiſpanus in libro inſcripto, Norte Eſpiritual, tract. 1. fol. 283. & aly.*

h *Extat antiquiſſimum eius exemplar in Archiuio Lateranenſi in Armario XIV. in capſula ſignata litt. C. vna cum tranſumpto authentico illius in pergamena, quod, ne vlteriori vetuſtate penitus periret, iuſſu Capi-*

pi-

*pituli Lateranenſis de verbo ad verbum extraxit Simius Curiæ Eminentiſs. Card. Vicarij, & eiuſdem Capituli Notarius, vt etiam apparet in actis ipſius, & legitur in Bullario Lateranenſi m.ſ. fol.14.*

i *Ita Hyacinthus de Nobilibus in Chronicis Italica lingua editis illius Cænobij §. Dentro il Monaſterio, quæ Martinellus refert in ſua Roma ex Ethnica Sacra cap. 9. fol.* 200.

De

# De vſitato more aſcendendi flexis genibus Scalam Sanctam.

## Cap. IV.

1 QVAMVIS aliorſum atquè nunc eſt, fuerit olim ritus aſcendendi Scalam ſanctam, prout patet ex [a] dictis, vel ſaltem ad libitum [b] eſſet illam aſcendere genibus; attamen poſtea in [c] memoriam recolendæ Chriſti Domini amariſſimæ Paſſionis, hanc Scalam diuino ipſius cruore ſanctificatam, non niſi poſitis genibus mos, ſeù incæptus, ſiuè potiùs denuò reaſſumptus fuit.

2 Quamobrem Sixtus V. in ipſius translatione (de qua capite vltimo agemus)

mus)

mus) ne opificum pedibus conculcaretur [d] iuſſit, quod gradus qui infimo in loco veteris ſtructuræ ſitus erat, in noua ædificatione transferentium humeris impoſitus fuerit primus, & ſic de ſingulis; vndè præpoſtera hac graduum commutatione, Scalam ſanctam mortalium pedibus intactam, & non calcatam ante Sancta Sanctorum nitidè collocare decreuit, ſed Architecti tanta fuit diligentia, quod [e] ſinè præfata præpoſtera commutatione voluntatem Pontificis omninò adimpleuerit.

3 Quapropter non niſi flexis genibus [f] conſcendi debent: & hic ſilentio præterire haud debeo cuiuſdam quippè temerarij hiſce temporibus prodigioſum euentum, qui cum in ſpretum (vt opinor) pedibus Scalam hanc ſacroſanctam aſcenſurus eſſet, vix propè gradum illum ſuper quem

Chri-

Chriſtum Dominum incidiſſe fertur, ſe appropinquauit, quod uirtute diuina coactus, & ipſe eò genuflexus ruit; nè vbi dilapſus eſt, ſub quo [g] curuantur qui portant orbem, peccator impius ſtaret, ex quo ille perterritus, & metu concuſſus amplius progredi præſumpſit, ſed retrogradus, non pedibus, at genibus deſcendit.

4 Summa igitur cum pietate, & maxima cum religione humilitèr genibus deflexis mulieres, ac viri eam [h] aſcendunt. *Et quia* (ait [i] Quareſmius) *Chriſtus tempore paſſionis tribus vicibus eam aſcendit, & totidem ex ea deſcendit* (prout Capite primo diximus) *nunc pij fideles iteratis vicibus, flexis genibus magna cum pietate illam aſcendunt, & ob frequentatas vices marmorei illi gradus excauati ſunt; quæ Ieroſolymis* (ſcilicet lectus Scalæ ſanctæ) *tali externo cultu non honora-*

*tur*,

*tur, quia id fieri in ſuis domibus non permitterent infideles, & magnæ ſe irriſioni exponerent fideles*: Hæc Quareſmius.

5 Ac certè hìc Romæ ſic illam omnes aſcendunt, & à pijs [k] quotidiè frequentatur, & [l] aſſiduè, quippè ſingulis ferè [m] horis, & Confeſſarij, præſertim Pœnitentiarij pœnitentibus ſæpè imponunt, quod in ſatisfactionem ſuorum peccaminum eam genuflexi, & orantes [n] aſcendant, qui libenter hoc faciunt; & inſuper eleemoſynæ pietatis cauſa eidem Scalæ ſanctæ erogantur, quas Lateranenſe Capitulum tamquam in ſuæ membrum Eccleſiæ habet ius ſingulis menſibus [o] exigendi.

6 Nec Pœnitentiarij ſolum Baſilicarum Vrbis ſuis pœnitentibus talem iniungunt aſcenſum; etiam verò Sanctiſſimi Vicarius S. R. E. Cardinalis ite-

iteratis vicibus hoc illis ordinat, quibus aliquando adiungit quoquè, quod ardentes candelas in manibus habeant.

7 Nequè genibus Scalam ſanctam vulgaris conditionis perſonæ ſolummodo ſcandunt, ſed etiam magni Principes, magnifici Reges, & ipſemet Romanus Pontifex, ſicuti [p] Fontana, [q] Benzonius, Fabrinus, [r] Cotouicus, & alij obſeruant.

8 Vndè inter coeteros anno Iubilæi 1575. in his gradibus genibus ſuffultum viſum fuiſſe Gregorium XIII. tradit Emin. [ſ] Raſponus, & non ſinè lacrymarum vbertate, vt aſſerit [t] Victorellus; Et præſertim id egiſſe anno 1589. Sixtum V. ijdem [u] Benzonius, & Fabrinus referunt: Hoc etiam de Clemente VIII. legitur: *Quem quidem* (Emin. [x] Raſponus inquit) *ſemel, atquè iterum eadem hora id humilitatis, ac deuotionis officium peregiſſe memo-*

E rant,

*rant, reſiſtentem ad ſingulos gradus, & meditabundum, inque lacrymas, & oſcula identidem effuſum, quo tempore per ſolemnem abſolutionem Henricum Quartum Regem Galliarum in gratiam Eccleſiæ Catholicæ reduxit;* Et quamuis vexaret podagra, attamen non reuocabat ſuauijs ſingultibus in gradibus repetitis, veluti y Victorellus aduertit; Vrbanus quoque Octauus Summus Pontifex, & Innocentius X. anno ſimiliter Iubilæi deflexis poplitibus eandem z conſcenderunt; quemadmodum tandem Clementem Nonum genibus pariter nixum ſæpè religioſiſſimè feciſſe proſpeximus, & præſertim decimo ſeptimo Kalend. Iunij anni 1668. Et octauo Kalend. Auguſti anno 1669. Quare meritiſſimus Præſul Eccleſiæ Vaſionenſis Illuſtriſsimus, & Reuerendiſsimus Dom. Ioſephus Maria Suareſius

(ſua-

( ſuaue cuius ingenium haud parturit flores , niſi immortales omnigenæ eruditionis ) id hiſce carminibus & pangebat.

*Scala ſacro CHRISTI, quæ (Præſidis ipſe Tribunal*
*Dum cæſus ſubijt) tincta cruore riget,*
*Sæpiùs illa tuo quamquam ægro poplite preſſa eſt,*
*Sæpiùs illa tuis fletibus immaduit.*

Et peruentus ad gradum prolapſionis Chriſti Domini, ipſemet pileolum de capite celeri veneratione abſtrahens ibi, vbi adeſt cratella, deuotiſſimè ſæpiùs deoſculatus eſt.

9 Cæterum quia nimirum quippè prolixus eſſem, ſi perſonarum illuſtrium, atquè potentium in eam ſcalam maximum obſequium percurrere vellem; ideò duntaxat adducam piæ recordationis Comitiſſam de Arimbergh Belgicam; Iſta ſpectatiſ-

ſima fæmina ex Bruxellis nobili comitatu Patritiorum, atquè nobilium mulierum prædicto anno 1575. ad Vrbem profecta (vbi regiè à Cardinali Farneſio hoſpitiò accepta, ac benignè ab ipſo Summo Pontifice ſuſcepta fuit) congenulata in Scala ſancta mæſtum myſterium ſæuæ paſſionis cordium amoris Nazareni IESVS ſingulis gradibus deuotiſſima meditatione [a] ponderauit: Et deniquè per noſtra tempora ibidem vidimus, Chriſtinam Guſtaui Adolphi filiam Suecorum, Gothorumque Reginam [b] regalibus genibus prouolutam: Etiam plurimos S. Eccleſiæ Purpuratos venerabundos vidi Scalam ſanctam conſcendere genibus, inter quos maximè Eminent. & Reuerendiſs. D. FRANCISCVM BARBERINVM, qui ferè cũctis ſextis ferijs eam religioſè aſcendit cum multa omnium aſtantium

tium ædificatione: Quem pijſſimum morem vniuerſum penè Sacrum Cardinalium Collegium quampluriès fuiſſe ſequutum ſingulis annis, & præcipuè Paſſionis Dominicæ tempore pia aduenarum admiratione viſum fuit.

10 De Sanctis tandem minimè loquar, omnes enim Diui, qui Romam petierunt, & venerandam Lateranenſem Baſilicam ingreſſi ſunt, hanc quoque genibus flexis conſcendiſſe non eſt, cur dubitetur, veluti poſtremò dicendum de Sancto Ignatio Loyola, de S. Franciſco Xauerio, de S. Philippo Nerio, & legitur de Sancto Carolo Borromeo apud Authorem [c] ſuæ vitæ: *Quaſi ogni giorno faceua con le ginocchia à terra la Scala ſanta*, anno ſcilicet 1575. & anno 1579. quo redijt ad Vrbem, [d] *Entrato in Roma andò à ſmontare alle ſue caſe titolari di S. Praſſede, volendo la*

*mattina ſeguente per prima attione viſitare la Chieſa di S. Pietro, e la Scala ſanta*; At quia Chriſti fideles deuotè proſequuturi iſtud Chriſtianæ Religionis immitabile exemplum, & vetuſtiſſimum iſtitutum erga hoc Dominicæ Paſſionis inſigne monumentum, opus eſt, quod in ſua mente aliquas dùm hæc agunt, ſpirituales contemplationes habeant, idcircò capitulum ſubnecto de meditationibus ad piè iſta peragenda condignis.

a *Supra in cap.1.num.8.*
b *Ex Bulla Paſchalis PP. Secundi ſupra allata, & ex eod.num. 8.*
c *Serranus vbi ſupra fol.72. lin.20.*
d *Sixtus V. d.Conſt.105.§.*
e *Vt inferius cap.6. num. 1.iſtius Opuſculi.*
f *Contarinus loc. cit. Serranus ibidem lin. 23.*

*Vgo-*

*Vgonius dict. ſtat. V. fol. 44. b. Henricus à Pflaumern vbi ſup. Sanctarellus dict. c. 31. fol. 286. n. 2. Martinellus in libro ſupradict. nuncupato: Roma ricercata, die 10. fol. 419.*

g *Iob. cap. 9. verſ. 13.*

h *Andricbom. loc. cit. ſup. Mantegatia ibid. Pancirolus de reg. montium Eccleſ. 12. fol. 145.*

i *Quareſmius loc. cit. dict. fol. 183. col. 1.*

k *Franciſcus Schottus, & Hieronymus Ioanninius in Itinerario Italiæ par. 2. vbi de Vrbis Romæ admirandis cap. 8. die 2. fol. 109. editionis Vicentinæ.*

l *Andricbom. ibid. Serranus eod. loc. Mantegatia loc. cit.*

m *Cotouicus d. lib. 2. cap. 11. fol. 256.*

n *Benzonius vbi ſupra dict. §. Tertiò per illas poſt medium, Fabrinus dict. cap. 18. fol. 136.*

o *Raſponus d. lib. 4. cap. 10. fol. 332.*

p *Dominicus Fontana in volumine cuius initium eſt: Della Traſportatione dell'Obeliſco Vatic. e delle Fabriche, &c. lib. 2. fol. 2.*

q *Benzonius loc. cit. §. Ad hoc, in medio, Fabrinus loc. cit.*

r *Cotouicus eod. loc.*

ſ *Raſponus loc. ſupracitato.*

t *Victorellus in addit. ad Ciaconum in Greg. XIII. col. 1707. litt. E.*

u *Benzonius ibid. Fabrinus ibid.*

x *Raſponus eod. loc. cit.*

y *Victorellus In addit. ad Ciac. in Clem. VIII. col. 1862. lit. D.*

z Raſponus vbi ſupra.

& Suareſius in Elegia de Ponte Aelio à Clemente IX. Statuis Angelorum decorato.

a Beltraminus de Beltraminis in Chronicis m.ſ. anni 1575. fol. 108. num. 15. Raphael Riera in hiſtoria eiuſdem anni lib. 12. cap. 14. Victorellus in libr. ſupradict. nuncupato Hiſt. de Giub. dicta par. 3. fol. 402.

b Raſponus loc. cit.

c Petrus Giuſſanus lib. 3. cap. 6. fol. 229. lit. C. & etiam id aſſerit Victorellus loc. cit. eod. fol. 404.

d Idem Giuſſanus ibidem lib. 6. cap. 2. fol. 374. litt. B.

De

LXXIII.

# De opportunis meditationibus aſcendentibus Scalam Sanctam.

## Cap. V.

1 RELIGIOSE' Scalam ſanctam conſcendere cupientes, deuotas conſiderationes memoria tenere præcipuè amarę Paſſionis dulciſſimi IESVS, certè oportet, ac decet, vt ipſamet eorum deuotio ſuum ſortiatur effectum, ſcilicet ipſorum peccaminum veram contritionem, atquè indulgentiarum aſſequutionem.

2 Et hac de cauſa Sixto V. cordi fuit ex antiquo eiuſdem ſitu (de quo inferiùs) eam transferre, profectò quia locus ille ad excurrentis, & tranſeun-

ſeun-

ſeuntis turbæ admodum expoſitus erat, fideliumquè mentes à ſancta meditatione non mediocritèr [a] diſtrahebantur; atquè in iſta Scala ſanctiſſimæ Paſſionis eiuſdem myſteria exprimi fecit, nè ab aſcendentibus Dominicæ Paſſionis contemplatio ab eſſet, ſed vndequaquè ſe verterent, eiuſdem monumenta pia [b] meditatione contemplarentur; quod & Sergium ſecundum peregiſſe arbitror; etenim [c] Bulla Paſchalis ſecundi inquit, *Deuotis picturis exornauerit*.

3 Quapropter ſolerti attentione in animo voluere debent, qui illas ſcandunt; qualiter impaſſibilis Deus, noſtrarum cauſa culparum, in [d] ſimilitudinem hominum factus, vna, eadèmquè nocte, ductus ſit ſicut [e] ouis ad occiſionem, & ab inexplebili fame enectis lupis inter funebrium armorum horriſonum ſtrepitum, à nefan-

ſando Iſcariote mendaci oſculo proditus; deinde arctiſſimis vinculis crudeliter alligatus, iniquè accuſatus, & inhumanitèr ferreo colapho percuſſus, intolerabiles iniurias, ac immanes pœnas inter Scalæ huius aſcenſum, atquè deſcenſum, cum ad impium Præſidem Pilatum ſæpè adductus fuerit, perpeſſus eſt, præſertim quando per eam labens, vndique Sacratiſſimum ſanguinem profundens cum ſpinea corona, cæteriſquè ludibriorum, & cruciatuum inſtrumentis profectus eſt ad mortem: *Hæc Christianus meditari debet* (ita f Serranus zelo Religionis accenſus homines admonet) *his inhærere tota mentis agitatione*.

4 Et iſta per hæc tempora Dominum pati debent ſibi repreſentare, ac ab eodem inuitari ad calamitoſam ſequelam illis verbis: g *Sequere me*:

vel

vel, *Si* [h] *quis vult poſt me venire abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me.* Quare obuiam illi amantèr ibunt, & genibus corporis, non ſolùm, at cordis prouoluti conſtanter dicent: *Sequar* [i] *te quocunque ieris.* Quia verò humana debilitas maxima eſt, ſingulari affectu, vt nos ſecum adducat, poſtulabimus. [k] *Trahe me poſt te*, & gratiam conferat illum noſtra cruce ad vltimum vſquè vitæ ſpiraculum [l] ſequendi.

5 Cæterùm arbitrariæ ſunt orationes pro quolibet gradu dicendæ, & multos [m] libellos ad hoc editos perlegi, ſed deuotiſſimæ certè illæ ſunt, quæ in libro cuius initium eſt: *Itinerarium pietatis, & doloris per eos gradus, quos Rex dolorum ſuis paſſibus, & ſanguine conſecrauit*, edito in lucem iuſſu Alexandri Marchionis Pallauicini anno 1625. Typis Romanis hæ-

hæredum Zannetti, ſuntque ſequentes, quas etiam refert [n] Martinellus.

In primo gradu. *O ſuauiſſime IESV o Vir dolorum, qui ad expianda generis humani crimina factus opprobrium hominum, &* [p] *abiectio plebis, vnus pro* [q] *populo tuo mori voluiſti, nè tota gens periret, te per* [r] *viſcera miſericordiæ tuæ deprecor, vt quemadmodum ſitienti populo fontem viuentis aquæ de petra produxiſti, ita de cordis mei duritie fontem educas lacrymarum, quibus debitas mihi flammas eſtinguam, & à te meorum ſcelerum veniam conſequar, qui* [ſ] *cor contritum non deſpicis, & humiliatum.*

In ſecundo. *IESV mitiſſime, quem in horto Getſemani prolixius orantem, ac perorantem in ſanguine, ad Patris tribunal, vindex criminum, acerba mortis cogitatio, triſtem, ac miſerum fecit ante miſeriam, tuorum quæſo vulne-*

*ne-*

*nerum recordatione ſolue cor meum in fletum, vt dum* [t] *me vides flentem, ego te ſentiam ignoſcentem, ac dolorum ſaltem particeps efficiar, qui reus omnium ſum, & vitali tuo vulnere ſaucius, te ſitiam fontem viuum, ſicut* [u] *deſiderat ceruus ad fontes aquarum.*

In tertio. *IESV clementiſſime Parens, qui proditorem impium oſculo liberaliter excipis & liberali amoris pretio ab iniquiſſimo parricida pœnas emis, & mortem, ne auertas, ò bone IESV faciem tuam à me, qui* [x] *peccaui in cælum, & coram te; ſed redeuntem filium qui perierat, & inuentus eſt, mortuus erat, & reuixit, nouo amoris tui ſpiraculo recrea, & per hanc captiuam libertatem tuam ſolue vincula colli mei, vt* [y] *te quocumque ieris ſequar, & in te requieſcam.*

In quarto. *Salue mæſtiſſima Dei ma-*

*mater, cuius animam* [z] *doloris gladius pertranſiuit, in hac doloris acerbitate ad tuæ clementiæ patrocinium confugio, tu me doloris filium, mater dolentium, ne deſere, tuus ego ſum, tu naufragantium, in hac valle lacrymarum portus, tu ſpes vna ſalutis meæ, conuerte oculos tuos ad me, & tot, tantorumquè ſcelerum reum, nè Iudici tradas igni damnandum, ſed quæ vitæ mater es, fac me inire veniam apud filium tuum, qui verba* [&] *vitæ æternæ habet, &* [a] *venit tollere peccata mundi.*

In quinto. *Innocentiſſime IESV,* [b] *qui propter ſcelera populi tui percuti voluiſti,* [c] *proijce poſt tergum tuum omnia peccata mea,* [d] *& dele iniquitatem meam, qui* [e] *miſereris omnium, & cuius miſericordiæ non eſt finis, & dum pro me per fora & per Vrbem ad ſceleſtiſſimum Pontificem traheris, victima*

*ma meorum criminum, [f] iube me venire ad te, ò bone IESV, nam [g] ſi oportuerit me mori tecum, non te negabo. O felix eius mors, cuius vita [h] abſcondita eſt in Chriſto; vtinam trahar poſt paſtorem ouis, poſt Dominum ſeruus, poſt patrem filius: Sic mihi [i] viuere Chriſtus eſſet, & mori lucrum.*

In ſexto. *Deus cuius faciem non videbit homo & viuet, reſpice [k] in faciem Chriſti tui, Iudæ proditoris oſculo fœdatam priùs, iam coram peſſimo ſacrorum præſide ſacrilega militis impij dextera violatam, & qui iniuriarum vltor es, vlciſcere parricidiale crimen, ſcelus meum. En ego nefandi ſceleris artifex, & admiſsi criminis reus, ego iniquè egi, ego crimen edidi, ſed ſcelera mea obliuioni dà Pater miſericordiarum, quoniam [l] malum coram te feci, & peccatum meum contra me eſt*

*ſem-*

*ſemper, & ſi non puniendo, ſed maximè miſerendo potentiam tuam oſtendis, fac potentiam in brachio tuo, & ſecundum miſericordiam tuam miſerere mei Deus, & ſalua me.*

In ſeptimo. *O Benigniſſime amator hominum IESV Chriſte, te per innocentiam tuam deprecor, cui omnia viuunt, vt qui reus mortis ab iniquiſſimo Pontifice iudicatus es, [m] non tradas beſtijs animam confitentem tibi; nec obliuiſcaris mei in finem, qui non vis mortem peccatoris, ſed magis vt conuertatur, & viuat. Acerbiſſima iſta pœnarum genera, quæ ad mei reparationem ſubire voluiſti, ò bone IESV, propitientur [n] peccato meo, multum eſt enim, vt in æternum tibi ſoli viuam, & benedicam tibi omnibus diebus vitæ meæ.*

In octauo. *Ad te, [o] quis conſoletur ex caris tuis, ò Virgo filia Sion? [p]*

*Num quem diligit anima mea vidiſti? Adiura filias Ieruſalem, vt ſi inuenerint dilectum tuum, nuntient* q *ei, quia dolore langues. O verè mater doloris, quæ filium paris in dolorem, & non eſt dolor, ſicut dolor tuus.* r *Indica mihi vbi paſcit, vbi cubat filius tuus, ego quæram eum, & ſi* ſ *inuenero, tenebo eum, nec dimittam, ſed apprehendam, & ducam in domum tuam. Tu mater miſericordiæ in huius vitæ anguſtijs dirige greſſus meos in ſemitis tuis, donec IESVM inueniam, & ad oſtium pulſanti* t *aperiatur.*

In nono. *IESV piiſſime, qui* u *faciem tuam non auertiſti ab increpantibus, & conſpuentibus in te, ſed corpus tuum dediſti percutientibus, & genas tuas vellentibus, auerte* x *oculos meos, nè videant vanitatem, ſed leua eos ad te patientiſſime IESV, vt actores olim criminum, iàm pœnarum ſpectatores ea-*

*diſ-*

*diſcant deteſtari, quorum te damnatum innocenter reum, vel intueri perhorreſcunt. En oculi mei ſemper ad te Deus cordis mei, tu y illumina eos, ne unquam obdormiam in morte, ne quando dicat inimicus meus, præualui aduerſus eum.*

In decimo. *Proficiſcere dulciſſime IESV, quo amoris pondere traheris, & perfice greſſus tuos, qui & exultaſti ut gigas ad currendam viam, & qui dolori tuo non parcis, parce* [a] *peccatis meis. Iam ò bone IESV dies* [b] *diei non eructat verbum, ſed verbera, & nox nocti ſcientiam indicat feritatis. Nuper inter militum conuicia peſſimè acceptus, iam inaudito crudelitatis genere perimendus pro me, Pilato traderis, qui Parenti Deo tradi debueras coronandus. Nunquid oblitus es tui, vt recorderis mei? Et me conceptum in peccatis, ac mortuum tuo facias funere rediuiuum? Da*

*vt viuam, & tibi ſoli viuam IESV Chriſte.*

In vndecimo. *Amabiliſſime IESV, qui ſic dilexiſti mundum, vt cum Barabba nefario latrone collatus, iniquiſſimos hoſtes tuæ pati iudices innocentiæ volueris, & omnium ferre ſuffragia ad mortem, qui omnibus viuendi fueras author, largire deprecor per miſericordiam tuam, vt mirabili tuæ charitatis edoctus exemplo,* [c] *diligam inimicos meos, & benefaciam his, qui oderunt me.*

In duodecimo. *Quis dabit capiti meo aquam & oculis meis imbrem lacrymarum, ò Virgo clementiſſima, vt qui doloris tui ſum reus, tecum dolendo lugeam ſacrilegas hebræorum voces, aùt veriùs meas, quibus proponenti Pilato IESVM, ne filium tuum, an Barabbam dimitti placeret, toties ego cum illis reſpondi,* [d] *Non hunc, ſed Barabbam;*

*bam; Tu, Virgo ſanctiſſima, noſti imperfectum meum, noſti vniuerſa delicta mea, ſed ne* [e] *memineris iniquitatum mearum, imò miſericordiæ tuæ operiant multitudinem peccatorum meorum, & ſiant* [f] *mihi lacrymæ meæ panes die, ac nocte, vt* [g] *recogitem annos meos in amaritudine animæ meæ.*

In tertio decimo. *IESV mitiſſime, qui ad columnam alligatus, vulneratus, & attritus es propter delicta, & ſcelera mea; concede, obſecro, vt ad columnam iſtam diuturnis iactata criminum tempeſtatibus portum teneat anima mea; & ſi in portu factura naufragium eſt, tuo naufragetur in ſanguine. Columna hæc tuo irrorata cruore, ò bone IESV, mihi ſit errandi finis, nec plus vltra progrediantur iniquitates meæ, quæ* [h] *ſupergreſſæ ſunt caput meum, & ſicut onus graue gra-*

*uætæ ſunt ſuper me. Ab hoc nunquam diuelli patiaris animam meam, ſed captiua eam in funiculis* [i] *Adam, in vinculis charitatis.*

In quartodecimo. *Reſpice Pater cæli & terræ quantum doloris, ac pœnarum, non humana, ſed inhumana crudelitas ad cruciatum IESV Chriſti filij tui adornauerit. Aſpice ſpineum diadema, iocularem purpuram, arundineum ſceptrum; en qui oblatum paulò ante regnum à ſuis recuſauerat, cogitur illud à ſcurris, & ſannionibus accipere tam iocularem. O noſtræ crudelitatis portentum! Sed terra* [k] *dedit fructum ſuum,* [l] *maledicta in opere ſuo, ſpinas, & tribulos germinauit. Tu Creator omnium* [m] *operi manuum tuarum porrige dextram, & benedic hæreditati tuæ; non de* [n] *rore cæli, aut de pinguedine terræ, ſed de pretioſiſſimo ſanguine Filij tui, vt ſuis expiata ſceleribus fructus referat ſanctitatis.*

In

In quinto decimo. *Adoro dulciſſime IESV elucentem in lacero corpore maieſtatem tuam, & ad purpuræ huius conſpectum confundor, & erubeſco, non immemor ſcelerum meorum, quorum luis in ſanguine pœnam, quæ mihi ſoluenda erat in flammis. Agnoſco in improbitate vociferantium Iudæorum improbitatem meam, & quoties cum illis clamaui; o Crucifige, crucifige, iam toties clamo, miſerere mei Deus, & ſalua me. Pateant quæſo, Domine aures benignitatis tuæ clamoribus meis, & miſerationes tuæ miſerias meas vincant, vt in æternum benedicam tibi. quia magnificatæ ſunt ſuper me miſericordiæ tuæ.*

In ſexto decimo. *Audi Virgo filia Sion, & inclina aurem tuam. IESVS filius tuus vulneratus purpura indutus ad ludibrium, ſpineo diademate coronatus, iniquiſſimo populi ſuffragio*

*depoſcitur ad necem, & tibi mater mæſtiſſima, quia viuis in filio, doloris gladius non deerit. Suſcipe obſecro mater gratiæ, me in ſeruum tuum, vt dolori, & lacrymis tuis intereſſe valeam, & ex toto corde dolere, ac lugere diſcam iniquitates, ac ſcelera mea, propter quæ tot cruciatibus dilacerata in filio Rege, facta es Regina dolorum.*

In decimo ſeptimo. *IESV fili Dauid, qui* [p] *propter nimiam charitatem, qua dilexiſti nos, voluiſti morti adiudicari, nè reminiſcaris* [q] *delicta mea, nequè vindictam ſumas de peccatis meis, ſed cum veneris iudicare terram, non intres in iudicium cum ſeruo tuo, quia non iuſtificabitur in conſpectu* [r] *tuo omnis viuens, & ſub* [ſ] *vmbra alarum tuarum protege me* [t] *donec pertranſeat furor tuus, vt per merita ſanctiſſimæ mortis tuæ, audire merear, venite* [u] *benedicti Patris mei, poſſide-*

*te*

*te paratum vobis regnum à conſtitutione mundi.*

In decimo octauo. *IESV mitiſſime, qui factus obediens vſque ad mortem, impoſitam humeris tuis Crucem ad Caluariæ locum pertuliſti, da mihi, quæſo, vt veniam poſt te, abnegem memetipſum, tollam crucem meam, & ſequar te. Iugum tuum ò bone IESV ſuaue eſt, & onus tuum leue, ſed fac vt illud portare ſic valeam, vt per hanc vallem lacrymarum tandem ad te perueniam, qui laborantes reficis, & commortuos conuiuere, & qui compaſſi ſunt tecum conregnare facis in gloria, vbi mors vltra non erit, neque luctus, neque clamor, ſed gaudebit cor meum, quia feciſti mecum miſericordiam tuam.*

In decimo nono. *Ad te IESV piiſſime clamantem exaudi, & qui dixiſti Apoſtolis tuis: & cum exaltatus fue-*

*fuero à terra, omnia traham ad me ipſum, trahe me vi tuæ charitatis ad te, & excipe animam meam in foraminibus petræ, in cauernis maceriæ,* [a] *vbi miſericordiæ affluunt, nec deſunt foramina, per quæ affluant. Peccaui peccatum grande, ſed quò fugiam neſcio, niſi ad vulnera tua, ſuauiſſime IESV, qui vulneratus es propter iniquitates meas. Te per hæc vulnera deprecor, vt hoſpitari mihi liceat in ſacro lateris tui vulnere, vbi defluente cum ſanguine aqua,* [b] *aſperges me Domine, & mundabor, lauabis me, & ſuper niuem dealbabor.*

In vigeſimo. *Suſcipe MARIA mater Dei pendentem è ligno Crucis fructum ventris tui, & quia refugium peccatorum es, dic animæ meæ Quamdiù fugies à facie Dei tui,* [c] *quamdiù prolongabis iniquitatem tuam, &* [d] *dices in corde tuo, non eſt Deus.*

Con-

[e] *Conuertere ad Dominum Deum tuum, quia benignus, & miſericors eſt, patiens, & multæ miſericordiæ, & præſtabilis ſuper malitia. Quis ſcit, ſi conuertatur, & ignoſcat tibi, & relinquat poſt ſe benedictionem ſuam? Ecce* [f] *nunc tempus acceptabile, ecce dies ſalutis;* [g] *accede ad eum, & illuminare, & dicet tibi, ſalus tua ego ſum. O IESV dulciſſime, qui diues es in miſericordia;* [h] *tædet animam meam vitæ meæ, &* [i] *cognoſco iniquitatem meam, ſed qui ſaluas omnes, & neminem vis perire,* [k] *miſerere mei, & adiuua me Deus, & propitius eſto peccatis meis propter nomen tuum.*

In vigeſimo primo. *Miſericordioſiſſime IESV, qui in hora mortis tuæ ad Patrem conuerſus pro crucifigentibus te deprecatus es veniam dicens: Pater* [l] *ignoſce illis, quia neſciunt quid faciunt; Ego filius tuus, qui patior,*

ignoſ-

*ignoſce, ignoſce & tu Pater, & oſtende in illos paternam charitatem tuam, quoniam, etſi mali ſunt, tamen filij tui ſunt. Pater ignoſce illis, quia neſciunt quid faciunt. Et tu IESV dulciſſime ignoſce, & [m] ignorantias meas nè memineris, ſed obliuiſcere peccatorum meorum, & ſonet vox tua in auribus meis: Fili [n] remittuntur tibi peccata tua.*

In vigeſimo ſecundo. *IESV ſemper miſericors, qui & è Cruce peccatores vocabas, & quærebas, cui peccata dimitteres, nam latroni dicenti: [o] Memento mei cum veneris in regnum tuum, reſpondere voluiſti: [p] Amen dico tibi, hodiè mecum eris in paradiſo; Scinde cor meum in fletu, vt tactus dolore ſcelerum meorum, cupiam diſſolui, & dicam tibi, memento mei cum veneris in regnum tuum. Aperi mihi, ò bone IESV, oſtium miſericordiæ, qui*

*ve-*

*veniſti ouem perditam quærere, & peccatores ſaluos facere, vt per vulnera tua ſalutis æternæ pignus conſequar, & tuorum ſim particeps meritorum.*

In vigeſimo tertio. *IESV Rex martyrum, q qui cum tranſires ex hoc mundo ad Patrem, reſpiciens matrem ſtantem iuxta Crucem, & Diſcipulum, quem diligebas, dixiſti matri tuæ: r Ecce filius tuus, deinde Diſcipulo: Ecce mater tua, hic erit tibi in filium, tu eris illi in matrem; miſerere Domine orbitatis, & viduitatis meæ, & me ne ſ relinquas orphanum, ſed Virginis curæ committe, t vt omnibus diebus vitæ meæ matrem experiar gratiarum, & in hora mortis mediatricem ſentiam apud te iuſtiſſimum Iudicem pro me miſerrimo peccatore interpellantem, vt liber è corpore mortis huius ad te feſtinem, videam gloriam tuam, & laudem dicam nomini ſancto tuo.*

In vigeſimo quarto. *Iam mater miſericordiarum recipe me in filium tuum, [t] audi eiulatum pupilli tui, & porrige manum tuam optimam adiutricem, vt retrahat me de profundis peccatorum meorum, & de [u] lacu miſeriæ, & de luto fæcis: nè moriente filio tuo, deprædetur animam meam [x] leo rugiens, qui circuit quærens quem deuoret, & nè peream vidente miſericordia oculorum tuorum, aſpiciente clementia viſcerum tuorum, aperi mihi theſaurum charitatis tuæ, & non auertas faciem tuam à me, [y] nec declines in ira à ſeruo tuo. Ante [z] te eſt omne deſiderium meum, & gemitus meus à te, non eſt abſconditus.*

In vigeſimo quinto. *IESV Rex dolorum, qui cum [&] tenebræ factæ eſſent ſuper vniuerſam terram, ſub Crucis pondere gemens clamaſti voce magna: [a] Deus meus, Deus meus,*

*vt*

*ut quid dereliquiſti me, recordare, ò bone IESV, huius poſtremi doloris, & in tenebris vitæ meæ, ne me deſeras morientem, ſed* [b] *oſtende mihi faciem tuam, & da ut ex fontibus vulnerum tuorum* [c] *hauriam aquas in gaudio, & non* [d] *ſitiam in æternum, ac pro amariſſimo felle peccatorum meorum, quod ſitienti tibi in Cruce, mea propinauit iniquitas, ſitim meam tuo ſanguine recrea, & ſatia me ex aquis miſericordiæ tuæ Deus meus.*

In vigeſimo ſexto. *IESV Saluator mundi, qui in ara Crucis pro redemptione humani generis obtuliſti te victimam Deo Patri placentem, & ſubleuatis oculis in cælum dixiſti: Pater* [e] *in manus tuas commendo ſpiritum meum; & ut recreares in nobis extinctum ſpiraculum vitæ, in Cruce expiraſti: placeat tibi, ò bone IESV, opus manuum tuarum, & ſpiritum,*

quem

*quem tuo ſanguine refeciſti, ſuſcipe, & vna cum eo accipe memoriam, intellectum, ac voluntatem omnem meam. Quidquid habeo vel poſſideo, mihi largitus es, id tibi totum reſtituo, ac tuæ prorſus voluntati trado gubernandum, amorem tui cum gratia tua mihi dones, & cuſtodias animam meam, quia tua eſt, nè vllus auferat eam tibi Domine Deus meus.*

